



GRAMMATICA
LINGUÆ SLOVENICÆ,
COLLATAE

CUM PROXIME COGNATA

BOHEMICA.

Auctore

Martino Hattala,

Archi-Dioecesis Strigoniensis Presbytero,
Cooperatore Hodrusbányensi.

Schemnicii, 1850.

Typis Francisci Lorber.

Desine quapropter novitate exterritus ipsa
Exspuere ex animo rationem: sed magis acri
Judicio perpende et, si tibi vera videtur,
Dede manus: aut, si falsa est, accingere contra.

Lucretius, L. II. V. 1040—1044.

Die wahre Heimath ist eigentlich die Sprache.

Wilhelm von Humboldt (Briefe I. 315).

REVERENDISSIMO

DOMINO

THOMAE CHERVEN,

ABBATI DE CASA NOVA,

CATHEDRALIS ECCLESIAE NEOSOLIENSIS

CANONICO

ET

ARCHI-DIACONO CATHEDRALI,

VIRO

PIETATE NON MINUS AC ERUDITIONE CLARO,

DE

UTRAQUE REPUBLICA OPTIME MERITO,

LITERARUM MOECENATI

NATIONI SUAE DEDITISSIMO, DEVOTISSIMO

PRIMITIAS HASCE SUAS

STUDII SLAVICI

IN TESSERAM GRATI ANIMI

ET

REVERENTIAE

SEMPITERNAE

D. D. D.

Auctor.

Prologus.

Lingua *slavica,* rectius *slovanica, slavianica* aut antiquissimo, primitivo, historico nomine, quod in ore vulgi slovacici quamlibet slavicarum dialectorum *slovenicam* generatim vocitantis hodiedum viget, *slovenica* sensu latissimo secundum computationem Šafaríkii *) anno 1842 factam 78 et ultra millionibus hominum in Europa Asiaque habitantium propria, communi omnium tum slavicorum cum extraneorum melioris notae philologorum sententia, est lingua *indoeuropaea* 2*), veteribus: *sanscriticae, zendicae, graecae, latinae, celticae, gothicae* hodiernisque *germanicis* et *romanis* remotius, *litvanicae* vero proxime 3*) cognata, dispesciturque in duo genera idiomatum: in idioma ordinis primi seu orientale (A) et in idioma ordinis secundi seu occidentale (B). Praecipui horum idiomatum characteres sunt: 4*)

A.	B.
1) *raz* = *dis:* razum,	roz: rozum, intellectus.
2) *iz* = *e* vel *ex:* izdati,	vy: vydati, edere.
3) *l* epentheticum:	
korabĺ,	korab, navis.
zemlia,	zemia, země, terra.
zbavlen,	zbaven, liberatus.
4)	*d* epentheticum:
salo, mylo,	sadlo, adeps, mydlo, sapo.
moliti se,	modliti se, orare.
5) Elisio literarum *d* et *t* ante *l* et *n:*	
pal, qui cecidit; vel, qui duxit,	padl, vedl: padol, viedol.
mel, qui versit; cviel, qui floruit,	metl, květl; mietol, kvitol.

) Národopis (ethnographia) slovanský. 2hé vyd. v Praze 1842. pag. 6. 2) Zusammenhang der Ergebnisse der wissenschaftl. Forschung mit der Offenbarung. pag. 33. 3*) Národopis. p. 112. 4*) Josephi Dobrovsky Institutiones linguae slav. dialecti veteris. Vindobonae 1822. pag. III. et Národopis. pag. 8. et 75.

veˇnaˇ, vianu, marcesco, vadnu, vädnem.
svienaˇ, svienu, lucescam, svitnu, svitnem.
6) *c*viet, *z*viezda, *k*viet, flos, *h*viezda, stella.

Si secundum hos characteres dialectorum species, quarum Grammaticae prostant, examinentur, quaepiam earum sub A, aliae sub B comprehendentur, et quidem:

Sub A: I. Lingua slovenica veteris dialecti seu dialectus *veteroslovenica, cyrillica,* a SS. Cyrillo et Methodio, Slavorum Apostolis, sec. IX. literis mandata, mortua, cujus primitiva sinceraque species, a Russis, Ruthenis, Serbis, Bulgaris graeci ritus Dalmatisque Glagolitis non ritu sed linguae tantum privilegio differentibus a reliquis Romano-Catholicis novem et ultra seculorum usu sacro et profano, substitutione vocum et formarum vulgarium primitivis genuinisque veteroslovenicis obsoletis et idcirco intellectu difficilioribus nimiumquantum obliterata foedissimeque adulterata, magno quidem sed felici opere eruditorum slavicorum: *Dobrovskyi* *) primum, *Kopitarii* 2*) et *Vostokovii* 3*), deinde *Miklosičii* 4*) *Šafaríkiique* 5*) e documentis antiquis, cyrilliano et glagolitico charactere exaratis eruderari coepit et quamvis necdum in integrum restituta sit, omnes tamen reliquas dialectorum slavicarum species copia venustateque formarum et materiei longissime superat, ita ut quod e primigenia indole linguae slavicae in his jam nonnisi frustatim et fragmentorum post naufragium residuorum instar a se in vicem divulsum, singillatim superest, in illa integrum organiceque junctum conspiciatur.

II. Sermo *illyricus,* cujus dialecti sunt:

1) *serbica* aut *illyrica* 5,294,000 incolarum Serbiae, Slavoniae, Bosniae, Hercegovinae, Dalmatiae, Montenegro (Crnogora), partis Croatiae et Hungariae usitata.

) Institution. 2) Glagolita Clozianus. Vindobon. 1836. 3*) Editio Evangelii Ostromiriani scripti anno 1056—1057 recensita a Fr. Miklosič. Wien 1848. 4*) Praeter recensionem memoratam: Radices linguae slovenicae vet. dialecti. Lipsiae 1845; Vitae sanctorum. Viennae 1847; Lexicon linguae slov. vet. dialecti. Vindobonae 1850; Lautlehre der altslow. Sprache. Wien 1850. aliaque minoris molis. 5*) Varii tractatus a potiori in „Časopis českého Muzeum“ editi.

2) *Croatica,* quam 801,000 hominum in Croatia et in comitatibus Hungariae: Zaladiensi, Somogyiensi, Castriferrei, Soproniensi, Mosoniensi et Jaurinensi sparsim degentium loquuntur.

3) *Slovinica* Styriis, Carinthiis et Carniolis 1,151,000 numerantibus propria. 4) *Bulgarica* in ore 3,587,000 Bulgarorum Bulgariam, Rumeliam etc. incolentium vigens.

III. Sermo *russicus* cum dialectis:

1) *magno-russica* aut *moscovitica* 35,314,000;

2) *parvo-russica, russinica* aut *ruthenica* 13,144,000;

3) *albo-russica* 2,726,000 animarum complectens.

Sub B comprehenduntur: I. Sermo *slovenicus* sensu strictiori, cujus dialecti sunt:

1) *Neo-slovenica* seu simpliciter *slovenica (slovenčina* aut *slovenský* jazyk, *slovenská* reč, *slovenské* nárečie), minus bene *slovacica* tribus millionibus Slavorum Hungariae, qui domi *Slováci* (foeminae: *Slovenky,* rarius *Slováčky),* Germanis *Slowaken,* detorte *Slawaken,* Hungaris *Tótok* *) dicuntur, propria, in qua praeter veram et genuinam seu nomine et omine slovenicam loquelam potiori parti Slovenorum, in plurimis videlicet comitatibus: Arvensi (demto termino ejusdem boreali), Liptoviensi, Turociensi, Trenčiniensi superiori, Zoliensi, Neogradiensi, Baršiensi, Hontensi et in coloniis inferioris Hungariae degentium usitatam tres praecipuae varietates aut, si dicere malis, subdialecti distinguuntur: a) *bohemo-slovenica* in comitatibus: Posoniensi, Nitriensi et Trenčiniensi inferiori vigens, a Bernolákio ad gradum literarii sermonis evecta, quam idcirco *bernolakianam* compellare placet. b) *Polono-slovenica* in comitatu Šárošiensi, septemtrione Arvensis parteque Zempliniensis et Abaujvariensis; denique c) *russino-slovenica* in comitatu Gömöriensi (praeter parvo-hontensem) usu veniens.

2) *Bohemica* aut *čechica* in Bohemia, Moravia et parte Silesiae borussicae 4,414,000 hominum jungens, quae post cyrillicam prima omnium felicissime coli coepta communi studio Bohemorum, Moravorum et Slovacorum ad culmen perfectionis formalis in praestantissima versione Bibliorum kralicensi, in qua ab anno 1579—1593

*) A singulari *Tót,* de cujus origine erudite disserit Franc. *Kállay* in periodico scripto anni 1844. „*Tudománytár*“ inscripto T. I. pag. 37—56.

adornata praeter septem fratres čechicos moravicosque et Slovenus *Jesenský* cum emolumento nationis laudeque sua perenni desudavit *), conspicuum pervenit primosque occupaverat seculo XVI. honores non solum in Hungaria sed etiam Polonia. 2*)

II. Sermo *lechicus,* cujus una est dialectus: *polonica* 9,365,000 hominum propria.

III. Sermo *lusatico-sorabicus* cum duabus dialectis, quarum

1) in Lusatia superiori 98,000;

2) in Lusatia inferiori 44,000 hominum usitatur.

Differunt autem dialecti adlatae, etiam ejusdem ordinis, non solum vocabulis, sed maxime formis et flexionibus; ita nihilominus ut Slavi dialectis ejusdem ordinis utentes facilius se mutuo intelligant, quam dialectis diversi ordinis loquentes. — Quod ad *veteroslovenicam* seu *cyrillicam* dialectum speciatim attinet, de incunabulis relationeque ejusdem ad reliquas hodiedum vigentes dialectos tot fere sunt eruditorum slavicorum sententiae, quot capita. 3*) Quibus, utpote ad rem nostram parum conferentibus, in medio relictis, hic loci haec solum indigitata esse volo:

I. In facto positum est, seculo IX., quo antiquissima rei literariae apud Slavos documenta exarata sunt, praecipuas dialectos slavicas, minus tamen, ut e natura rei patet, quam nunc a se invicem differentes jam exstitisse et idcirco linguam *veteroslovenicam* (dato ceteroquin, at aegre admodum et nonnisi ob defectum positivorum, contrarium directe evincentium argumentorum concesso facto, eam seculo IX. in ore cujuspiam populi slavici adhuc viguisse et exinde opera St. Cyrilli *primum* literis mandatam fuisse) non esse *matrem* reliquaram dialectorum slavicarum, sed *sororem* omnium facile seniorem seu filiam admirando genio suo formaque speciem primitivae linguae, matris, slavicae optime fidelissimeque referentem. 4*)

II. Omnes, indolem slavicae linguae universae perspectam habentes eruditi uno quasi ore fatentur:

) Hlasové o potřebě jednoty spisovného jazyka pro Čechy, Moravany a Slováky. V Praze 1846. pag. 71. et Národopis pag. 94. 2) Epigenes slovenicus. pag. 5. 3*) Geschichte d. slaw. Sprache und Literatur. Von Paul Jos. Šafařík. Ofen 1826. pag. 90. 4*) Ibidem.

1) Dialectum nostram *slovenicam* formâ et materiâ *cyrillicae* similem prae ceteris, speciatim vero bohemica, melioris cujusdam slavicitatis commendationem habere. Sic, ut ex multis paucos commemorem, *Bernolâk,* postquam in praefatione ad Grammaticam suam, Posonii 1790. editam, pag. XIII. monuisset, Croatas, Dalmatas aliosque slavicos populos eousque ad minimum in studio linguae slavicae progressos, ut sint libris usui sive sacro sive profano necessariis, dialecto sua vernacula elucubratis provisi, subjungit: „soli pannonii Slavi adeo inertes fuere, ut hucdum in culturam dialecti sibi solis propriae nihil omnino in publicum proferrent; licet, ut alia tacitus praeteream, *inter omnes, quae existunt, slavicas dialectos in idiotismo et elegantia nativa matri linguae* (pro qua, uti e nota sub k) pag. XIV. indubie sequitur, *cyrillicam* habet) *proximior sit;* non meo, quod forte aliquibus partium studio adfectum videri posset, sed virorum omni exceptione majorum judicio. Ita *Dalimil* Moravus, canonicus Vetero-Boleslaviensis iis, qui in quaestionem vocant, cur Hungariae Slavis nomen *Slovák* adhaeserit? respondet: „„his Hungariae incolis merito adhaesisse nomen *Slovák,* cum *praecipue hi videantur linguam slavonicam retinuisse,* atque cultissime loqui adlaborent, qui non obstante commixtione populi post regni sui abolitionem nil in Slavonismo suo ab aliis nationibus participant, verum *penes genuinum idioma slavonicum hodiedum manent.*"" Et Illustrissimus Joannes Christophorus de *Jordan,* Consiliarius Bohemico-Aulicus libro *de originibus slavicis,* Vindobonae 1745. Sect. 51. *) pag. 127. ait: „*hungaro-slavicam dialectum* inter has nominatas (bohemicam, croaticam et polonicam prius nominaverat) *proximam linguae matri,* in usu pronunciationis, censendam esse." Quam nam *Jordan* linguam *matrem* censuerit, e contextu erui haud potest. — Accuratius his scribit *Šafarík,* ut sequitur: „Nicht nur finden sich in dem Slowakischen Wörter, die andern Slawen entweder ganz, oder wenigstens in dieser Bedeutung unbekannt sind, im Altslawischen aber sich nachweisen lassen, sondern *der ganze formelle und grammatische Bau dieser Mundart erinnert auffallend auf das Kir-*

*) In laudata praefatione Bernolákii pro adlato anno editionis et sectione erronee stat 1738. Sect. 57. Imo ipsum quoque effatum auctoris, e causis ignotis, minus accurate citatum legitur.

chenslawische." *) Joan. *Kollár,* facundus quidem, sed rancidus 2*) adsertor unionis literariae Slovacorum cum Čechis de proprie slovenica, latebris Carpathi abstrusa loquela testatur: eam „*et formâ et materiâ veteroslovenicae Kyrillicae proximam esse,*" et inferius: „*čechica lingua, quemadmodum e vetustissimis literariis ejus documentis elucescit, est filia slovenčinae.*" 3*) Michael *Hodža* ingenue fatetur, nisi slovenica nostra genio suo, forma, copia speciem ei quandam *slavoslovenicae* felicissime geniatam portenderet; nisi persvasum haberet, dialectum nostram propriam slovenicam esse *primitivam* sermonis čechici dialectum, malle se profecto alia quacunque dialecto literatoria, quo ampliore eo potiore uti, quam usum popularis nostrae ex argumentis: *stemmaticitatis, dialecticitatis* et quidquid sit idmodi omnium Slavaenismum evigorantium atque, ut ita dicat, deslavantium (quia de-salvantium = perdentium) argumentorum (a Štúrio in libello: *Nárečja slovenskuo,* Posonii 1846. edito in medium prolatorum) lucubratissima farragine commendare." 4*)

2) Dialectum nostram medium tenere locum inter idiomata illa duo ordinis A et ordinis B. Sic in schemate dialectorum slavicarum auctore *Dobrovskyo* 5*) exhibito dialectus nostra, quam ei slovacicam vocare placet, inter dialectos ordinis B primo seu medio inter dialectos ordinis primi et secundi loco stat. Hoc ipsum diserte enunciat Cyprianus *Robert* Gallus, professor linguae et literaturae slavicae Parisiis verbis: *le dialecte des Slovaques tient une espèce de milieu entre les dialectes slaves* (tenet speciem quandam medii inter dialectos slavicas), à peu près comme les Karpathes, que ce peuple habite, forment le centre, la citadelle, le nid primitif de la race." 6*) Denique, ut alios praeteream, Ludov. *Štúr* in hunc sensum: „ako Tatri sú strjedkom (centrum) Slovanstva, tak *je nárečja naše strjedkom všetkích nárečí slovanskích,* je prjechodom od víchodňích k západňím 7*); je aj čo do forjem aj čo do hmoti (materia) takuo klbko všetkích nárečí slovanskích, z ktorjeho ňitki

) Gesch. d. slaw. Spr. pag. 97. 2) Hlasové. pag. 129, 140, 141 etc. 3*) Ibid. pag. 103. et 124. „česká řeč, jako z nejstarších jejích literních zbytkův vysvítá, jest dcera slovenčiny." 4*) Epig. slov. pag. 16. sub * 5*) Instt. pag. IV. 6*) Les deux Panslavismes. Paris et Leipzig 1874. pag. 21. 7*) Nárečja slov. p. 33.

rozvíjajú sa po všetkých“ *) seu, quod idem est, in dialecto slovenica ejusque subdialectis proxime dialectis ordinis B cognatis complures deprehenduntur characteres solis dialectis ordinis A propriae et peculiares, quos, cum nec a Štúrio, nec alio quoquam hucdum indigitati sint (quod quidem, ajente *Hodža*, operae pretium fuisset 2*), paucis evolvere, e re nostra fore puto:

A) Characteres dialectum nostram cum idiomate ordinis primi *generatim* jungentes sunt: 1) usus praepositionis *raz* pro *roz* in compositis substantivis §. 7. 1. a. Gramm. hujus adlatis: *ráz-porok, ráz-vora, ráz-svit, ráz-socha, ráz-cesty,* queis adde: *ráz-toky* 2) Epenthesis literae *l* in *duobus* vocabulis (non in *unico*, quemadmodum §. 12. 2. c. erronee docetur) conservata; quorum primum: *hrobĺa* tumulus Bohemi nec norunt, secundum vero: *hrable* rastrum sine epenthetico *l*: *hrábě* usitant. 3) Elisio epenthetici *d* ante *lo* substantivorum neutrius generis, teste *Štúrio* 3*) et *popularibus carminibus* 4*) quibusdam Slovenis usitata, dicentibus e. g. *krielo, salo, nosilo, motovilo, revalo* etc. pro: *kriedlo* ala, *sadlo, nosidlo* feretrum, *motovidlo* Haspel, *revadlo* instrumentum rugiendi a *revať*. 4) Elisio radicalis *d* ante *l* in participio praeteriti activi, cujus unicum tantum exemplum in masculino *jel*, praeter regulare *jedol*, čech. *jedl,* qui edit a *jesť* potioribus Slovenis familiari conspicuum superesse novi.

B) Speciatim autem I. Cum *veteroslovenica* dialecto, praeter paulo ante adlatos characteres in sequentibus convenit dialectus nostra: 1) in *sytemate vocalium* 5*), demtis omnino vocalibus nasalibus *a̜* et *e̜* (seu *on* et *en*) et diphtongis *ia̜* et *ie̜*, sagacissimo ingenio Alex. *Vostokovii,* Russi, ex Evang. Ostromiri erutis 6*), quarum primae in genuina slovenica respondent: *u* et *ú,* in Instrumentali sing. foemininorum *ou,* e. g. *neda̜g* morbus, *da̜ga* iris, *sa̜d* judicium, *pa̜ť* via, *dobroja̜ ra̜koja̜* bona manu etc. = slovenicis: neduh, duha, súd, púť peregrinatio, dobrou rukou; secundae: post consonas duras impropria diphthongus *ä* (§. 2. 3),

---

) Nárečja slov. pag. 67. 2) Epig. slov. pag. 11. 3*) Nauka reči slovenskej. pag. 147. 4*) Národnie Zpievanky. D. I. V Budíně 1836. pag. 70 „zarevaj ty moje *revalo.*“ 5*) Epig. slov. p. 17. et pag. 28—36. 6*) Glagolita cloz. p. 52.

post molles *a*, cum vix observata inclinatione ad *ä* *), hinc scribendi ratio pag. 67. sub 5. probata, non raro et *ia*, e. g. *pe̜st* pugnus, *me̜so* caro, *žriebe̜* hinulus, *diete̜* infans, *že̜ti* metere, *r̜ed* ordo, *miese̜c* mensis, *ze̜dati* sitire, *te̜gna̜ti* trahere etc. slovenice: päsť, mäso, zriebä, dieťa, žať, riad, mesiac, žiadať cupere, tiahnuť. Diphthongis *ia̜* et *ie̜* fere constanter *ia*, e. g. *gasia̜t* exstinguunt, *volie̜t* volunt etc. slovenice: hasia, volia malunt. Vestigia nasalium cernuntur apud nos: in *gavendiť*, quod §. 3. sub 8. contuli cum veteroslovenico *gove̜do;* in *gemba*, polon. *ge̜ba* (l. cit.), vslov. *ga̜ba* spongia; in *pantať* vel *pentať sa* vagari, conferendo cum vslov. *pa̜t;* in *Ďonďa*, nomine entis cujuspiam mythici, quod vetustissimae cantilenae populi nostri celebrant 2*) conferendo cum vslov. *da̜ga*, cui in glossario carniolanis Georgii Dalmatini Bibliis editis Vitebergae 1584. adnexo respondet pseudocroaticum *donda* iris 3*); denique in terminatione plurali neutrorum *ence* orta e veteroslov. *e̜ta* (pag. 22. sub b. et 66. sub 2), e. g. *kur-ence* pulli gallinacei, *jahn-ence* agni etc. vslov. *kure̜ta, jagne̜ta* a sing. *kure̜*, *jagne̜*. 2) In neglecta epenthesi literarum *t, u* (§. 12. 2. d et f) et *e*, e. gr. sreda, srední etc. *sriebro* argentum; vslov. srieda, sriednij, srebro; čechice: středa, střední, stříbro; huc refer et: *črep* testa *črevo* intestinum, *čreňový zub* dens molaris, *črieda* grex etc. vslov. čriep, črieda, hung. cserép, csorda; črievo, črienovnyj za̜b; čech. střep, střevo, střenovný et třenovný, střída et třída; dlhý, slnce, stlp, tlcť pulsare, žltý, žlč, bilis etc. vslov. dlgyj, slňce, stlp, tlšči etc. čech. dlouhý, slunce, slup, tlouci; *krv* sanguis, *blcha* pulex (čech. *krev, blecha*), *žrď* alias *žerď* pertica etc. 3) In frequentiori usu primitivi *a* loco *o* (confer §. 7. b. et d): lakeť, vlani, rásť crescere, ražeň, pažiť etc. vslov. lakť, lani, rasti, ražn, pažiť; čech. loket, vlůni pro vloni, růsti pro rosti, rožen, drn. 4) In Acc. sing. personalium et Gen. pl. aequalibus Nominativo: *muž* virum (pag. 57. sub 2); *čias* vel *čás* temporum (pag. 56. sub 7). 5) In suffixo Localis pl. substantivorum masc. gen. *iech* pro usitatiori *och* (l. c. sub 9): rociech, hlasiech, časiech etc. 6) In Acc. pl. pronominis primae personae: *ny* pro *nás* (§. 26. 2). Alias convenientiae notas data opportuniori occasione, si opus fuerit, uberius exponam.

) Epig. slov. p. 29. 2) Národnie Zpiev. D. I. p. 3. et 397. 3*) Glag. cloz. p. LXX et LXXI.

II. Cum *russica:* 1) in systemate vocalium, speciatim quoad diphthongos: *ie, ia, iu,* e. g. Nom. *zdorovie* sanitas, *kolotie* punctio; Gen. zdorovia, kolotia; Dat. zdoroviu, kolotiu etc. slovenice: zdravie, klatie vel klanie; zdravia, klania; zdraviu, klaniu; *piatoj* quintus, *piatnica* dies Veneris, *deviatoj* nonus etc. slov. piaty, piatok, deviaty; in tertia persona pl. Indic. praesentis: *chodiat* ambulant, *nosiat* portant, *govoriat* loquuntur; in novogradiensi subdialecto pronunciato *g* ut *h* abjectaque litera *t**) ita plane, uti apud nos: chodia, nosia, hovoria. 2) Russi et Sloveni amant *o:* a) in formativa: *ok* et *ol,* e. g. *zamok* arx, *rynok* forum, *četvertok* dies Jovis; *oriol* aquila, *kotiol* cacabus etc. slov. zámok, rynok, štvrtok; orol, kotol. b) In Instr. sing. substantivorum et Loc. adjectivorum, e. g. *darom* dono, *obrazom* imagine; v *dobrom, slavnom* c) Euphoniae causa in Gen. pl. foemininorum: lavok, utok a *lavka* scamnum, *utka* anas (pag. 62. sub 3) et in praepositionibus (§. 58. *Nota): vo, do, podo, nado, predo* etc. d) In relativo: *kotoryj* = slov. *ktorý* alias *který* etc. 3) Et hi et illi negligunt transformationem gutturalium in Dat. et Loc. sing. foemininorum (pag. 61. sub 1): ruke, muche, nohe, russice: rukie, muchie, nogie.

III. Cum *illyrica* cohaeret: 1) medio Dativi et Localis sing. foemininorum durae terminationis, quibusdam Slovenorum usitati 2*) in *y* seu *i* pro *e,* e. g. *sestry* sorori, v *zahrádky* in horto. 2) Ope Instrumentalis sing. foeminini in Comitatu Arvensi circa oppidum *Námestov* vigentis in *om* pro *ou* (pag. 62. sub 2): *rybom, rukom,* quocum conferendus est et croaticus in *um: rybum, rukum.* 3*) 3) Ope Nominativi pl. masculinorum et foemininorum duris clausarum Zoliensibus et Honthensibus, nec non masculinorum consonis *l, s, z* etc. terminatorum Tyrnaviensibus proprii (confer pag. 58.) in *e* pro *y* seu *i,* e. g. *kroke* gressus, *hrieche* peccata, *rohe* cornua; *nohe* pedes, *koze* caprae; *kostele* templa, *vlase* capilli, *obraze* icones etc. illyrice: korake, griehe, roge, noge etc. „Es ist auffallend, ait hoc respectu cl. Fr. *Miklosič* 4*) dass, wärend die noch lebenden cisdanubianischen Dialekte das organische *ę*, freilich zu einem blossen *e* abgeschwächt, bewahrt haben, in dem ältesten derselben, dem Altslowenischen, nach allen harten

---

) Národopis p. 21. 2) Národ. Zpiev. D. II. p. 474. 3*) Národopis p. 65. 4*) Recension. p. 6.

Konsonanten dieser Nasallaut einem späteren, weil unorganischen *y* weichen musste.“ 4) Medio possessivi pronominis Nitriensibus usitati: *jehov* et *jejin* ejus, illyr. *njegov* et *njezin* (§. 27). ac bernolakiani *ňišt* pro usitatiori *nič* nihil, illyr. *ništa.* 5) Ope primae personae plur. Indicativi et Imperativi praesentis quibusdam Slovenorum propriae in *mo* pro *me,* e. g. *budemo* erimus, *buďmo* simus, *veziemo* vehimus, *vezmo* vehamus, illyr. *budemo, budimo, vezemo, vezimo.* 6) Medio mutationis consonae *l* in vocales *u* et *o* eisque cognatum *v,* de qua haec nota: Belohorenses Slovaci quodvis durum *l* mutant in *u,* e. g. *Suovák, chuap* vir, *smoua* pix, *uapiť* capere, *piu, piua, piuo* bibit, pro Slovák, chlap, smola, lapiť, pil; a) Štúr ejusque asseclae tantum in tertia persona praeteriti temporis masc. generis: *dau* dedit, *veďeu* scivit, *piu, bou* fuit, *kuu* cudit aut mutato *u* in cognatum *v: kuv,* nec non in voce *pou* loco *pól;* Illyri seu Serbi *l* finale in *o;* medium, concilians nempe consonas vocalis instar, in *u;* Slovinci et Parvorussi utrumque in *v,* e. g. illyrice: *dao, pio, pepeo* cinis, *mio* charus, *vuk* lupus, *sunce* sol, *dug* longus, *pun* plenus; slovinice: dáv, pív, pepév, mív, vovk, sovnce, dovg, povn; parvorussice: dav, piv, vovk, sovnce, dovgyj, povnyj. 2*)

Hactenus expositis notis convenientiae extra omne dubium ponitur clarissimoque obtutui sistitur *idiomatica* illa dialecti nostrae slovenicae indoles, quae prae ceteris causis complures nostratum movit movetque vehementer adusque, ut ad exemplum aliarum slavicarum nationum de illa scriptis mandanda meditarentur. Primus eorum fuit Antonius *Bernolák,* nobilis pannonius *slanicensis* *), vir nationi suae prae ceteris deditus, eruditione in slavicis omnibus sui temporis facile praestans, qui, linguâ bohemica domi pariter ac apud Catholicos Hungariae misere collapsa, numen absens colere nolens ad aliud effingendum se accinxit. Anno quippe 1787. consilio, ut ipse diserte ait, „*orthographiam et pronunciationem pannonio-slavam excolendi et ab erroribus ex pronunciatione et orthographia bohemica in nostram linguam derivatis repurgandi*“ edidit Posonii *Dissertationem philologico-criticam de literis Slavo-*

) Hlasové p. 140. 2) Národ. p. 27, 56 et 71.

*) *Slanica* est pagus Comitatus Arvensis a loco meo natali (Trstena) semialterius circiter horae itinere distans.

rum ceu introductionem in *Grammaticam slavicam* ibidem a. 1790. typis vulgatam. Quo simplicior orthographia, quae valorem pronunciationis apprime reddat, certis iisque paucis regulis mandari possit, eo videtur Bernolákio verior magisque adcommoda. „Neque dubitandum est, ait Hodža *), diallagen hanc viri egregii sensa multorum ita explicuisse, ut in sententiam ejus omnes fere Romano-Catholici iverint vestigiaque ejus presserint. Interim, ait porro idem, Evangelicis non poterat persuaderi, ut mollitionibus illis calculum suum adderent; vidissesque eorum multos doctos pariter ac indoctos, rationem scribendi bernolákianam fere abominantes. Praejudicium sane — eoque deterius, quo tenacior indoles slavica esse pergat in datis, quam sponte adscitis rebus." Fervor etiam, quo Catholici molimen Bernolákii probare primum, dein imitari quoque coeperant, illo anno 1813. fatis functo sensim sine sensu elanguuit, donec fere penitus exstingueretur ita, ut nunc ejus modo correcte scribentes rari sint nantes in gurgite vasto. Princeps tristis hujus effectus causa, si eam fortassis, quae disparitate religionis Slovenorum nititur, demas, est: eum, formis čechicis, tanquam eruditorum consensu adoptatis et stabilitis, nimium quantum intricatum districtumque, non genuinam, potiori parti Slovacorum usitatam dialectum, verum subdialectum ejusdem ad bohemicam proxime accedentem scriptis mandasse. — Ludovicus *Štúr* errorem Bernolákii emendare communemque unius linguae literariae usum apud dispersos discordesque Slovenos istos conciliare volens tertiam scribendi rationem inter duas priores et super illis constituit, quam cum, — teste Michaele *Hodža,* eo graviore, quo dignius est encomium, quo a Štúrio celebratur, his expressum verbis: „ňikdi si sa, Michal Miloslav, čo Ťa znám, ňeprenáhliu v krokách svojich, ale robiu si všetko, čos robiu, po mnohostrannom rozsúďeňí a najpilňejšom rozvážeňí" 2*), — contra Čechistas *argumentis Slavenismum evigorantibus, perdentibus* 3*), contra Bernolakistas vero *plane nullis* 4*) tueri evincereque adnisus sit, cumque praeterea formis quibusdam exosis, quae, salva idiomatica indole linguae slovenicae, potuissent imo debuissent expungi, sat funesto sibi nobisque fato, pertinaciter inhaeserit: haud miraberis, praeter partem pubis evan-

---

) Epig. slov. p. 8. et 9. 2) Nárečja slov. p. 8. 3*) Epig, slov. p. 16. sub * 4*) Ibid. p. 12.

gelicae, caece jurantem in verba magistri, paucos in sententiam ejus ivisse, a plurimis eam acerrime impugnatam ludibrioque habitam fuisse exarsisseque denuo quosdam desiderio, *interturbatum nexum literarium cum Bohemis in integrum restituendi,* alios, *medium, inter bernolakianum štúrianumque, scribendi modum tentandi.*

Periculum primi, adoptata, agente indubie prae ceteris *Kollário,* ab usu sat inepte sic dicta *Staroslovenčina*, a communi literaria čechica paucis differente, initio hujus anni factum est a Redactione slovenicarum ephemeridum. Ad successum optimi in se omnique laude digni tentaminis hujus quod attinet, ingenue fateor, me, solicite animadvertentem, quae fiant, de prosperitate ejus animo angi dubioque quopiam teneri non secus, ac Joannem *Koubek,* professorem linguae et liter. boh. Pragae, qui ratione hujus nuper sequentia in medium protulit: „vyznati se musíme, že nejsme z cela prosti, jakési pochybnosti a bázně zhledem dálšího se udržení a vyvinování té naší staroslavné a však dvojnásobně liché a kusé jednoty Slováků s Čechy (dvojnásobně liché proto, poněvadž se jen v literatuře a za druhé jenom evanjelických Slováků dosud jevila), i že tato veledůležitá otázka není nikoli dokona rozhodnuta a nade vší pochybnost docela ve všem pojištěna. Sám onen boží hlas zvěstující v naší nové době úplnou všude rovnoprávnost každé národnosti, zdá se nám býti neneslušným podnětem našeho skepticismu. Dejžiž to nebeský dárce budoucnosti naší, abychom v této věci byli na omylu, ale musiliby se státi veliké divy v Tatrách ba i v Čechách, kterėžto-by dosavádní politice i úzkému patriotismu velmi zasloužilých jinak Bernolákovců a Štúrovců tolik novočasného obratu a zvratu dodaly, aby . . . naše obapolná dávná jednota ve své nevelké a toliko literární platnosti udržena a zachována býti mohla.“ *) Accedit, illum eundem Drem And. *Radlinský,* qui, initio a. c. praepostero zelo abreptus injuste non minus, ac incaute proditionis fratrum et nationis arguit omnes Staroslovenčinam adoptare recusantes verbis: „kdo odporuje s námi se spojiti, ten *zradu páchá nad bratři svými, ano nad celým národem*“ 2*); et serius: „ten ukazuje, že *je ohavný soběc,* který neumí své osobné nároky (praetensio) obecnému dobrému podříditi“ 3*), illum Do-

) Slovan. 5. fasc. p. 291. 2) Slov. Noviny Nro 16. p. 63. 3*) In prologo ad „Pravopis slovenský.“ Ve Vídni 1850.

minum, inquam, vix evolutis aliquot mensibus suo et D. collegae nomine solenniter declarasse: „my, jsúce skrovní lidé, vděčně i tu obět přineseme, že se podrobíme tomu, v čem by se celý národ jednomyselně strany spisovné řeči usnesel.“ *)

His serio expensis operae pretium arbitror fore, ut mediam illam, inter bernolakianam et šturianam, scribendi rationem a me, duce Epigene slovenico comiteque Dre And. *Radlinský,* mente sincera animoque ad conciliationem studiorum nostrorum omnibus bonis exoptatam pro tenuitate virium quidpiam conferendi promtissimo annis abhinc duobus effictam et in „Poklady kazatelského Rečníctva“ ephemeridibusque slovenicis transitus, instar e slovenica nostra ad bohemicam anno superiore usitatam vindicarem atque, *si nos spes restituendi benefici nexus literarii cum Bohemis reapse penitusque frustraretur,* ad eam felicissime adsciscendam et usuandam moverem omnes, quibus salus generis nostri insolentiis noxiorum undique pressi cordi est. Hunc in finem sequentia adstruo:

A) *Bernolákiana loquela non est genuina Slovenčina* et idcirco non est, cur ea, neglecta aut genuina slovenica aut cultissima čechica, in scribendo porro quoque utamur. Probatur hoc:

I. Propria fassione, credentibus juridicis, aequivalente mille testibus, *Bernolákii* ipsius, qui, adoptata *recta pronunciatione* pro generali orthographiae principio 2*) sub * notat sequentia: „*recta pronunciatio est ea, quae in locis a Bohemis, Moravis, Polonis et Hungaris disjunctis est in usu.* „„*Moraviae namque contigui ex hujus idiomate trahunt aliquid;* sicuti *Polonicam* fere aemulantur, qui in ejus terminis degunt: omnium autem crassissime loquuntur mixtim cum *Hungaris* habitantes,““ verba sunt Mathiae Belii in praefatione ad germ. Gramm. suam §. III.“ Atqui loquela a Bernolákio literis mandata, ut vulgo notum est, in locis a *Moravis* non disjunctis (in comitatibus: Poson. Nitr. et inferiori Trenčiniensi) est in usu: ergo etc. Idem edisserunt: *Šafarík* in „*Gesch. d. slaw. Spr. u. Literatur*“ pag. 375., *Kollár* in „*Hlasové*“ p. 102. aliique omnes naturam dialecti slovenicae universae perspectam habentes.

II. Indole ipsius bernol. loquelae, quae a media illa per me asserta recte iis formis differt, quibus, teste *Šafaríkio* 3*), chara-

) Slov .Nov. Nro 62. p. 252. 2) Gram. slavica. p. 264. 3*) Gesch. d. slaw. Spr. u. Lit. p. 376—379. et Národopis p. 99. et 100.

cleres genuinae slovenicae prae ceteris constituuntur, uti sunt: 1) *ä*, quod bernolákiane constanter redditur per *a*, e. gr. päsť, päť, deväť: pasť, pať, ďevať. 2) Diphthongi: *ia, ie, iu* et *ou*, quarum primae respondet bernol. *á*, e. g. piaty, vidia, honia, letia: pátí, viďá, hoňá, ĺeťá; secundae *í* et *é*, e. g. viera, miera, svietim, lepšie dietky, ľudie, zvanie: bern. víra, míra, svíťím, ĺepšé ďítki, ĺuďé, zváňí; tertiae et quartae *ú*, e. g. znameniu, božiu, rukou: znameňú, božú, rukú. 3) *o*, cui Bernolakiani, more Čechorum, *e* et *é* substituerunt: a) in Instr. sing., e. g. krokom, pánom: krokem, pánem; b) in Loc. sing. adjectivorum, e. g. v dobrom, peknom: dobrém, pekném; c) in formativa *ok* et *ol*, e. g. piatok, orol: pátek, orel; d) in Gen. pl. foem. (pag. 62), e. g. zámok, čiarok: zámek, čárek; e) in praepositionibus: *vo, so, zo, odo* etc. bern. *ve, se, ze, ode* (confer §. 6. sub 5 et 6. et §. 7. 3).

B) *Refictio šturiani scribendi modi gravibus rationum momentis nititur.* 1) *Štúr* docet: *ja* et *je* (exmisso *ju*, quamvis, ipso testante, et hoc usitetur *)), ubi cum praemissa consona in unam coalescunt syllabam, esse diphthongos. Atqui hoc notioni diphthongi (§. 2. 3) repugnat; quis enim unquam vidit aut audivit diphthongum consona *(j)* et vocali constantem? Ergo, ut *ja*, *je, ju* diphthongos designent, per *ia, ie, iu* reddantur est necesse. In recensione Epigenis slovenici falso putans: *ia, ie*, *iu* in bož*ia,* bož*ie,* bož*iu* etc. non sonare diphthongos, probavi quidem scribendi rationem Štúrii: bož*ja,* bož*je* 2*)); at nullibi asserui absurdum istud: *j* cum insequente vocali facere diphthongum. — Finales syllabae *aj, ej, oj, uj,* literâ *j* jure merito reputata pro consona, a Štúrio perperam censentur diphthongi. 2) Loco šturiani *uo,* in vocibus: kuoň, muoj, muožem, nuož, vuol, vuoľa etc. cum *Bernolákio* et *Hodža* puto scribendum *ó:* kóň, mój etc. cum brevi praecepto pag. 4. contento: litera enim *u* in adlatis et similibus, observante jam Dobrovskyo, *vitiose est inserta* 3*)); in neutro adjectivorum duri exitus *é:* dobré, pekné pro dobruo, peknuo; in Gen. Dat. sing. et Nom. pl. itidem *é:* dobrého, dobrému, dobré pro dobr-jeho, -jemu, -je e rationibus §. 86. B. *Observ.* 1. propositis. 3) Bernolakianis prae ceteris exosum participium praeteriti activi in *au, eu, iu, ou,*

) Orol tatránski. Nro 40. p. 316. 2) Ib. Nro 95. p. 756. 3*) Inst. p. 223.

uu pro *al, el* etc. et *pou* pro *pól* a me recte expunctum esse, sequentia evincant: a) Štúr, ut ipse ingenue fatetur*), non est demonstrando, *u* esse antiquius quam *l.* Quare itaque movit et fovit usu dubiae formae indignationem plurimorum unioni, quam intendebat, obices ponentem? b) „Si, inquit Hodža 2*), consequentes esse velimus, numquid nobis forma *au, eu* etc. ulteriori tenore suo in foemininis et neutris non placebit? *Dau* movetur in foemin. *daua,* in neutro *dauo;* in plurali *dauy.* Ita loquentes audire potes Liptovienses“ et Zoliensium quosdam. „Quo jure exauctoras formam hanc plenam, genuinam, usitas vero *dala, dalo?* Vide, ne tua ratio ipsa te subvertat et confundat; imo ne loco rationis cujuspiam arbitrium tantum tuum prodas.“ c) Amici sonori (?) *u,* urgeo porro, si consequentes esse velitis, numquid vobis non arridebit cum *Belohorensibus*, mutato quovis duro *l* in *u*, scriptitare: chuap, smoua? d) Ut supra dixi et Slovinci pronunciant *v* pro *l;* non tamen scribunt *v* sed *l.* 3*) Dignum sane exemplum, quod Šturiani sequantur. — Posito *l* potiori parti Slovenorum usitato loco *u,* quod, teste *Šafaríkio* 4*), nonnisi *locale* (místné) est, disparent diphtongi *au, eu, iu* in fine vocum, *ou* tantum in Instr. foem. manente facillimeque removetur absurdum *Štúrii* recte quidem nobiscum asserentis ad diphthongum formandam duas *diversas voccles* requiri, nihilominus tamen *uu* pro diphtongo reputantis 5*); quandoquidem *uu* in slavica, duplicationem vocalium non admittente (§. 12. 5), nec syllabam simplicem constituere possit. Proprietas haec slav. linguae indubie movit ipsum serius, ut absurdo *uu* substitueret arbitrarium *uv:* kuv, čuv. 4) Discrimen inter durum et molle *l* a Štúrio perperam neglectum esse, inferius §. 3. sub 4. demonstratur.

C) „Scribendi ratio, qua post Bernolákium Štúr uti coepit, a genio linguae quam in genere slavicae, tam in specie nostrae slovenicae penitus abhorret.“ 6*) Cujus rei causa praecipue quaerenda est in exauctorato fama notissimo *y*, de cujus indole statuo: illud originem suam a potiori vocali *u* debere; ergo *y* et *u* intime inter se cognata esse. Quod sic probo: a) *y* et *u* quam saepissime alternant seu *u* mutatur in *y*. Exemplis §. 6. sub 4. adlatis adde: *mýlit* turbare: *múliť* oblimare, *ohyzdný* pro *ohydný*

) Nauka p. 85. 2) Epig. slov. p. 55. 3*) Národopis pag. 71. 4*) Ib. p. 100. 5*) Nauka p. 14. 6*) Epig. slov. p. 44.

turpis: *hudnút* turpescere, polonicum *chydzić* violare: *chudy* miser Confer et slavica: *myš, štyri,* čech. *čtyři* cum latinis *mus, quatuor* sanscriticis *muš-ika, čatur;* slav. *syn* filius, *byť* esse cum sanscr. *sûnas,* litvanico *sunus,* sanscr. *bhû* fieri, litv. et ruthenico *buti* esse, lat. *fu* in *fui; ty* et *tu,* germ. *du;* b) *y* quandoque abit in *v* non secus ac *u* (§. 6. 3), e. gr. *kys-núť* fermentari: *kvas* fermentum, *kypeť* bullire, čech. *kvap-iti* properare, *ty* tu: *tvój* tuus, *štyri: štvrtý* quartus etc. Adde substantiva foem. gen. nunc in *v* desinentia: *krv, cirkev, panev* etc. collata cum veteročechicis: *kry, cěreky, pany* *), de quibus Cl. *Miklosič* ait: „Allen diesen Substantiven liegt eine alte Form in *u* zu Grunde" conspicua adusque in nostro *krú* (§. 17. A. 6) et fors etiam in *obrú* supercilium conferendis cum lat. *cru-or,* sancr. *krû,* quod exstat in *krûra* saevus 2*) et *bhrû,* graeco *ofrys* 3*). Quamvis autem haec stent certaque sint omnino, spectato attamen hodierno statu linguae nostrae slovenicae axiomatice fere asserere licet, *y* esse durum, solidum *i,* ante quod nulla consona mutatur, oppositum molli seu liquido *i,* a quo omnis mutatio literarum repetenda est (§. 8. 2). His praemissis moneo, discrimen inter *y* et *i* esse in orthographia omnino exprimendum constanterque servandum. Nam 1) „Omnes consonae suam sonandi rationem non in se ipsis, verum in vocalibus habent. Natura sua neque liquidae, neque solidae sunt; sine vocalibus neque sonum articulatum, qui tamen humani sermonis est primum principium, efferre possunt. Proinde vocalem sua peculiari forma exuere suoque autonomico valore privare, utroque vero consonam impertire, non aliud est, quam animam occidere, ut corpus vivificetur; rationem e se ipsa tollere, ut rationatum stet; artus organici corporis cujuspiam luxare, ut melius colligati sint." 2) „Illud, quod est per se, pro alio, quod est etiam per se, substituere, significat rem *perverse* agere. Forma dat esse rei, vel forma est ipsa res; qui formam rei, quae illi propria est, aufert, aut aliam, quae non est ipsius, eidem indit: rem ipsam ille destruit, annihilat. *i* non est *y;* hoc stat, tametsi hoc posterius *maximam partem* (cfr pag. 6) ita sonet, uti prius illud. Verum *i* est semper et ubique forma peculi-

*) Výbor z literatury české. D. I. v Praze 1845. Úvod seu „introductio continens Grammaticam linguae veteročechicae a Cl. *Šafaříkio* elaboratam" p. 42. 2*) Radices p. 40. 3*) Ib. p. 5.

aris, quae suam functionem (emolliendi adjacentes literas), suam vitam quasi habeat; *y* pariter: qui eas characteribus hisce distinctivis privat, rationem scribendi simpliciorem non reddit, non facilitat; sed affectata simplici brevitate confundit et obscurat." *) 3) In omnibus orthographiis slavicarum dialectorum, si illyricas demas, discrimen inter *y* et *i* ad amussim expressum conspicitur et in orthographia dialecti slovenicae, centri omnium reliquarum, desideretur? 4) Servato discrimine hoc a) lingua nostra nanciscitur certam quandam pelluciditatem organismi sui, ut eam non solum audire, loqui, legere; sed etiam videre possimus; b) potior pars signorum emollitionis, quae *Kopitário* olim *stercora muscarum* vocare placuit, disparet et scriptio nimium quantum facilis expeditaque redditur, stante nimirum sequenti canone orthographiae nostrae: literae *d, l, n, t,* ubi ante *i* (ortum ex *y*) dure pronunciantur, scribuntur ut *dy, ly, ny, ty* = bern. *ďi, ĺi, ňi, ťi.* Sed quaeritur porro: num *y* pro *i* adhibendum sit et quidem tam in *formatione* et *flexione,* quam in *radicibus* et *stirpibus* etiam post reliquas duras: *b, d, f, g, h, ch, k, m, p, r, s, v, z?* post molles enim: *č, š, ž, dž, j* et medias: *c, dz, s, z* (§. 3. 7), ut per se patet, nunquam potest habere locum. Respondeo: 1) In *formatione* et praecipue in *flexione* *y,* poscente ratione analogica, usitandum esse. Si enim post duras *d, l, n, t* positum fuerit: non est, cur post *b, d, g, h* etc. aeque duras exmittatur. Casus, in quibus *y* pro *i* obtinet, nisi supinae incuriae aut desidiae deditus sis, ope grammaticae hujus facile memoriae mandabis. Confer e. g. paradigmata: *chlap* et *dub* (p. 53), *ryba, slovo; synov* (p. 82), *dobrý* etc. 2) Ad secundum quod attinet, puto, non esse plane damnandam mentem eorum, qui *y* in aequisonantibus solum radicibus et derivatis servatum volunt, qualia sunt: *byť* esse: *biť* verberare, *vyť* ululare: *viť* viere, *ryť* fodere: *riť* podex, *pytel* Beutel: *piteĺ* potator, *my* nos: *mi* mihi; laudandos vero imitandosque esse eos, qui *y* ex etymologica ratione et in sequentibus adhiberent: a) post *g, h, ch, k* constanter, e. g. *gyzdavý* depexus, hýbať, chyba, kypeť etc. b) post *b:* byk, bylina, obyčaj, kobyla, bystrý, Bystrica; c) post *m:* myš, myť, mýliť, my-

*) Epig. sloven. pag. 44—48., ubi praeter adducta alia quoque aeque gravia rationum momenta evolvuntur, in contrarium autem proferri solita sub 6. et 7. diluuntur et exploduntur.

sleť; d) post *p:* pýcha, pysk, kopyto; e) post *r:* ryba, hrýzť, kryť, rypať, koryto; f) post *s:* syn, sypať, sytý, syr, sysel; g) post *v:* *vy* e vel ex, zvyk, vysoký, vyzina; h) post *z:* jazyk.

Superest adhuc, ut paucis exponam notas, quibus communis literaria čechica differt a media per me adserta et a sic dicta Staroslovenčina.

A) Summa differentiarum čechicae et slovenicae ad sequentia potest reduci: I. Ratione *formae* 1) in dialecto čechica sequens lex fundamentalis viget: post consonas molles: *c, č, ď, j, ň, ř, š, ť, ž; l* et *z* (respondentes slovenicis ĺ et *dz*) in formatione et flexione nonnisi vocales tenues: *e, ě, i, í* possunt habere locum ita, ut slovenicis et veteročechicis crassis *a* et o tenues *e* et *ě;* vocalibus *u* et *ú* vero *i* et *í* respondeant. Exempli causa quoad *formationem* vide §. 17. A. 1.; frequentativa formae V. a verbis f. I. et IV. deducta (pag. 108): pýjeti, vycházeti, kráčeti, snášeti etc. slovenice: píjať, vychádzať, kráčať, snášať; quoad *flexionem* vero paradigmata: *muž* et *meč* (p. 56), *vůně, kosť, pole, hádě;* primam pers. singul. et tertiam pl. Ind. praes. verborum ad *bijem* (p. 122), *milujem* et *mažem* spectantium. In Imperativo plane praecedens *a* detorquetur in *e:* dej, padej etc. pro daj, padaj; sic et in substantivis: vejce, lejno, hejno pro slov. vajce, lajno, hajno. Legi huic, quam Slovenus čechicae studens continuo prae oculis habere debet, et radicales syllabae subsunt, uti in: cizý, ciditi, čiti, čekati, jehně, ječmen, jezero, jih, jitro, již, líbiti, slíbiti, líto, lid, plíce, klíč, obklíčiti, břicho, šíditi, těžký, obtížiti, želud etc. slovenice: cudzí, cúdiť, čuť, čakať, jahňa, jačmeň, jazero, juh auster, jutro, už, ĺúbiť, sĺúbiť, ĺúto, ĺud, pĺúce, kĺúč, obkĺúčiť, brucho, šúdiť, ťažký, obťažiť, žaluď. 2) Tenore hujus legis fundamentalis sustulit bohemica diphthongos: *ia, ie, iu,* quibus in veteročechica respondent syllabae: *ja, je, ju* vel juxta Šafaríkium: *já, jé, jú,* in veteroslovenica: *ija, ije iju; ia*, et *ie*, mutato prius *ja* in *je,* ut in *jehně* e *jahně; ju* in *ji,* ut in *jitro* e *jutro; je* in *ji;* contractoque demum *ji* in *í.* Hinc monotonia in declinatione nominum ad *umění* (p. 66) spectantium; hinc *boží* omnium trium generum pro sloven. *bož-í, -ia, -ie;* včech. *bož-í, -já, -jé* *), vslov. *bož-ij, -ija -ije* etc.; hinc 3ia pers. plur. Ind. praes. verborum ad *hledím* (p. 125) et *činím* pertinentium aequalis

---

*) Úvod do Výboru z lit. čes. p. 57.

singulari: *hasí* extinguunt, *tvoří* creant; slov. *hasia, tvoria;* všech. *gasját, tvorját;* vslov. *gasiať, tvorieť;* hinc confusio: *píti* bibere et tendere, *žíti* vivere et metere, *jíti* ire et capere, *víti* viere et flare etc. slov. *piť* et *piať, žiť* et *žať* pro *žiať, ísť* et *jať, viť* et *viať.* 3) Sloveni literas: *d, l, n, t* ante *e,* si casus §.11. C. §. 39. I. etc. attactos demas, constanter emolliunt, ergo *e* est illis vocalis liquida non secus ac *i.* Hinc canon orthographiae nostrae: literae *d, l, n, t* ante *e* et *i* non egent signo emollitionis, e. gr. padnete, chodíte pošlete, nemoc, otec, hudec, mládež, lege: padňeťe, choďíťe etc. Bohemis *e* est solidum, *ě* liquidum, de hoc nota: a) *d, n, t* tantum ante *ě* (non item ante *e*) emolliuntur: v kladě, v seně, v městě, krásně etc. lege: klaďe, seňe měsťe, krásňe; b) *ě* post *v, b, p, f, m* sonat *ie:* věřím, běh, v domě, lege: vieřím, bieh etc. c) *ě* post *c, č, s, š, z, ž, j, l, ř* nunquam obtinet. 4) De alternatione slovenicorum *ä, ia; a, ä; e, ie* et čechicorum *ě, á; a, ě; ě, í* vide §. 6. sub 5 et 6. §. 7. 3. 5) Loco nostri *o* Čechi ibi adhibent *e,* ubi Bernolakistae. Cfr §. 7. 2. 6) Nostro *ó* respondet semper čechicum *ů,* contractum ex *uo,* quod tantum exeunte sec. XIV. coepit loco včechici *ó* poni *); brevi *o* vero tantum in casibus §. 13. A. 2. e. designatis. 7) Nostrum *ú* Bohemi resolvunt in *ou:* súd, kút, sűsed etc. čech. soud, kout, soused. 8) Bohemi in theoria nonnisi simplex *l* norunt (§. 3. 4. d. coll. p. 57), loco nostri *dz* utuntur simplici *z* (§. cit. 6) carentque litera *g* (§. c. 8). Slovenis contra deest stridens *r* (§. c. 3), quo Bohemi utuntur: a) ante *i* et *í:* při, stříbro, tři etc. b) ante *e* stante loco *ě:* dvoře, sestře, hořeti, dobře etc. c) in formativa *ař, ář:* císař, pekář etc. tvář, sbeř, zvěř, sděř, jař, úhoř Aal etc. 8) Bohemi amant epenthesim literarum *t, u* et *e; stř* pro *čr* initio vocum (p. VIII. 2); transformant gutturales in casibus pag. 61. sub 1. §. 32. B 1. §. 35. I. et pag. 85. sub 3. attactis; in part. praet. passivi denique *d, t, s, z, st* et *sl* mutant in *z, c, š, ž, šť* et *šl* (p. 120): Sloveni vero omnia haec negligunt. 9) Loco nostri suffixi 1-ae pers. sing. Ind. praes. *em* post duras *constanter* adhibent *u,* post molles *i* (§. 47) etc.

II. Differentias ratione *materiae* videsis in *Nárečja slov.* pag. 58—62; ratione *quantitatis, generis* et *syntaxis* vero in gramma-

---

*) Úvod do Výboru z lit. čes. p. 21.

tica hac §. 13. §. 21. §. 62. 1. §. 63. 3. §. 67. D. 1. et 2. §. 69. sub *Od* et III. §. 73. 3.

B) *Staroslovenčina* a literaria čechica differt: 1) longo *ú* pro *ou,* demto suffixo Instrumentalis sing. foemininorum; 2) formativis substantivorum *ctvo* et *stvo* p. *ctví* et *ství;* adjectivorum *ný, ná, né* p. *ní;* 3) signatione mollium in fine vocum: *spověď, oheň, česť;* 4) suffixo Gen. pl. masc. *ův* p. *ů;* 5) praeformativa superlativi *naj* p. *nej;* 6) *čo, nič* p. *co, nic;* 7) epenthesi literae *e* in participio praet. act. et in substantivis quibusdam: *pádel, nésel; brater, víter* p. *padl, nesl; bratr, vítr;* 8) primâ pers. singul. Ind. praes. in *u* pro *i* et tertiâ plur. in *ú* pro *í* etiam post molles: *piju, pijú* pro *piji, pijí;* 9) usu *Supini* (§. 48. I.) pro Infinitivo sequente vocali: *konať úrad* (Pravopis slov. p. 11. et 12). — Scribendi rationem omnibus his notis a čechica literaria distinctam Slovacis nunquam antea usitatam fuisse, alias, si opus fuerit, evicturus hic loci id solum subjungo, satius facturos fuisse auctores *Staroslovenčinae,* si induxissent: 1) Imperativum in *aj* pro *ej: daj, volaj* etc. pro *dej, volej* eodem jure, quo *naj* p. *nej;* 2) *éj* pro manco *é* in Gen. Dat. et Loc. sing. foem. g. adjectivorum (p. 85. 3) ad distinctionem a Nomin. plurali; 3) *r* pro *ř* ante *ě, i* et *í* eodem jure, quo *d, n, t* p. *ď, ň, ť;* 4) discrimen inter durum et molle *l* ad tollendam inconseqnentiam §. 3. 4. d. et pag. 57. attactam; 5) construendi rationem attributi et praedicati foem. g. cum subjectis neutr. gen. §. 62. 1. adductam; 6) usum Genitivi objecti pro Accusativo plurali (§. 67. D. 1. et 2.).

Regulas syntacticas, in quibus concinnandis praestantem Grammaticam linguae pol. a *Smithio* (Berlin 1845) editam secutus sum, probavi exemplis excerptis: 1) e versione Bibliorum *Palkovičiana* anni 1829; 2) e tomo I. *popularium carminum;* 3) ex operibus laureati poetae *Hollý;* 4) e carmine *Marina* Andreae *Sladkovič* etc.

Finem pono his dicto Adami Prageni: „in quibus si aut non respondi exspectationi atque amicorum de me judicio, ac minus praestiti quam debui: ecquidem ut doleo minus fuisse in me virium quam voluntatis, ita candidum lectorem etiam atque etiam oro, ut qualem qualem opellam meam boni consulat et quae placebunt, iis fruatur; quae vero minus, de iis me libere admoneat.“

Hodrusbányae, die 25. Junii 1850.

Conceptus et partitio grammaticae slovenicae.

Grammatica slovenica est ars bene loquendi et correcte scribendi slovenice.

Sententiae, quibus in loquendo et scribendo utimur, constant *vocibus* et voces *sonis*. Hinc resultat divisio grammaticae, in tres partes, quarum

1-ma disserit de *literis* ceu signis sonorum earumque modificationibus diversis, quibus sibi invicem junctae subsunt;

2-da agit de transformatione *vocum* in partes orationis duobusque absolvitur momentis: a) *formatione* vocum e radicibus aut stirpibus, b) *flexione* seu illa vocum mutatione, quam ceu partes orationis pro mutua ad se invicem relatione subeunt;

3-tia exponit modum et ordinem, diversas in lingua vigentes flexiones vocum exprimendis variis cogitatibus adaptandi seu partes orationis in *sententias* jungendi.

Primam partem doctrinam *elementorum* (náuka o prvkoch), secundam *formarum* (náuka o podobách), tertiam *syntaxim* (sk'adňa) vocabimus.

PARS I.

§. 1. *De literis earumque divisione et valore.*

1) „Dialecti linguae slavicae diversis modis et rationibus scribuntur. Putares Slavos nondum e barathro babylonicae confusionis emersos. Viginti et quod ultra est, alphabetaria nimium quantum distendunt animos slavicos studiorumque societatem, bonis omnibus exoptatam, magnopere impediunt. Omnium illarum slavice

scribendi rationum unam *cyrillicam,* a S. Cyrillo, Slavorum primum Bulgariae deinde Moraviae, et Sloveniae nostrae apostolo, saec. IX. p. Chr. inventam Slavisque graeci ritus unitis et non unitis hodiedum propriam, suo in genere vere slavicam apellans Mich. *Hodža* subjungit, ad eam proxime accedere bohemicam latino-slavicam, quam, cum exemplo polonicae grallas gothicas abjecisset, nuperrime Illyrii adoptatam, consilio, ut puto, Joannis *Kollár* auctoreque Ludovico *Gaj* formis universi sermonis illyrici felicissime adaptarunt. *Bernolák,* bohemoslovenicae nostrae adsertor, eam pariter, sed adhuc amictu germanico, adoptavit, at non adaptavit. Nam cum maxime illud, quod vere slavici habet, exterminavit. Štúr, genuinae slovenicae adsertor, errorem Bernolákii in capite emendavit, in membris adhuc majorem commisit e cyclo alphabeti slavici literas quasdam evallando, quarum valor, tametsi in pronunciatione *ubique* conspicuus non sit, in Etymologia perpetuo, in se ipso consistet.“ (Epigenes slovenicus Leutsch. 1847. p. 19. coll. cum 20, 22 et 44). Literas ex alphabeto slovenico in obversum genii linguae, quam in genere slavicae, tam in specie nostrae slovenicae expunctas, puta: *y*, *ý*, *ä*, e rationibus in prologo propositis, molle vero *l* tenore §. 3. Nro 4 juri suo restituendo sequens alphabetum latinoslovenicum constraimus: a, á, ä, b, c, č, d, ď, dz, dž, e, é, f, g, h, ch, i, í, j, k, l, ĺ, m, n, ň, o, ó, p, r, s, š, t, ť, u, ú, v, y, ý, z, ž.

2) Alphabetum nostrum, ut generatim latinoeuropaeum, constat duplici elemento, *somatico* illo et *psychico* altero, *consonantibus* (spoluhlásky) quippe *vocalibusque* (samohlásky). Hae sunt:


a, á, ä, e, é, i, í, y, ý, o, ó, u, ú.

Illae vero: b, c, č, d, ď, dz, dž et reliquae.

3) Vocales: a, e, i, o, u et consonantes: b, d, f, g, h, ch, j, k, l, m, n, p, r, s, t, v, z non differunt sono a latinis et graecolatinis ejusdem formae. Porro *c* = lat. *c* in: Cicero, germ. z; *č* = germ. tsch, italico *c* ante *e* et *i* in: cicerone, hung. *cs; š* = germ. sch, hung. s, bernolákiano ſ̌; *ž* = gall. *j* in: jeune, hung. *zs*, bern. ž; *dz* = germ. d et ſ in: leſen, Weſen arcte junctis hung. *dz* in: bodza; *dž* = gall. *d* et *j* arcte junctis, hung. *dzs* in: lándzsa; ď, ĺ, ň, ť = germ. *d, l, n, t* colliquescentibus cum *j,* hung. gy, ly, ny, ty. Valor reliquarum §. sequenti exponitur.

§. 2. *Vocales, semivocales, diphthongi.*

1) Vocales: *a, i, u* in oppositione ad *derivatas e* et *o elementares, primitivae* solent vocari eo, quod e mente celeberrimorum aevi nostri philologorum hae conjunctione illarum oriantur, et quidem: *e* connexione vocalis *i* cum brevi *a; o* conjunctione vocalis *u* cum praemisso brevi *a* secundum sequens schema:



Nota. Juvabit rem exemplis quibusdam illustrare. Arabes vocalibus hebraicis *é* et *ó* diphthongos *ai* et *au* substituunt e. g. hebr. bén (filius), jóm (dies) = arab. bain, jaum idem. Cognatio diphthongorum *ia* cum *e* et *au* cum *o* elucet etiam e collatione graeci kaisar *) cum lat. Caesar, attici thauma cum jonico thóma; porro e pronunciatione gallici *ai* uti *é*: paire, et *au* uti *ó* in: aussi lege: pér, óssi; denique e contractione diphthongi *au* in *ô* (auch - och) plebeis germanis propria. (Gesenius Hebr. Gramm. S. 21.) Idem evincunt gothica vocabula: wairthai, airthai, thaim collata cum modernis germanicis: werde, Erde, den (Heinsius Deutsche Sprachlehre 13. Ausg. S. 2.); goth. hlaibs cum boh. et bernol. chléb, nostro chlieb panis, litvanicum mainas cum slov. mena (premena mutatio); germ. Leiter, Kreide cum hung. kréta nostro lietra, krieda. (Cfer Úvod k Výboru z literatury české p. 11.)

Jam vocales primitivae: *a*, *i*, *u* apud nos aeque ac apud Hungaros in sua forma produci et productae sic scribi solent: *á*, *í*, *ú*. Derivatae e contra: *e* et *o* e mente Štúrii in sua forma produci nequeunt, sed quadamtenus in sua elementa resolutae comparent ita, ut brevi *e* štúr. *je*, quod, ut exempla paulo ante adlata abunde evincunt, saepissime vices gerit diphthongi *ai* aliarum linguarum, brevi *o* vero diphthongus *uo* correspondeat. In orthographia nostra e rationibus in prologo propositis reficta in sua quoque forma pro-

*) Ob defectum typorum graecorum graeca vocabula latinis reddimus cum observatione *é* aequari longo *e*, *ó* longo *o*.

ductae recurrent sic: *é* et *ó* stabitque de illo regula: „*é* effertur uti čech. bern. *é*, germ. *e* in: lesen, Wesen in prima syllaba, lenius tamen hung. *é* in: éles, pénz“; de hoc vero: „*ó* non pronunciatur ut *u–o* neque ut *vo*, verum leni quadam tantum aspiratione ante *o*.“ Čechicum *ů* in: půjdu, původ, polonicum *ó* in: dovód argumentum et próg limen differunt sono a nostro *ó*; illud enim pronunciatur uti nostrum *u*: pújdu ibo, dúvod argumentum; hoc vero non sono, verum ajente Smithio, etymologice tantum et graphice differt ab *u* (Grammatik der poln. Sprache, Berl. 1845. S. 5.); in adlatis siquidem exemplis *ó* sonat uti *u*: dovud, prug. Non reprobamus tamen imo laudamus, a Lichardio et Radlinskyo loco nostri et bernolakiani *ó* propter bonum pacis et unionis cum Bohemis scribi *ů*. Non desunt etenim exempla, in quibus *ó* pronunciatur uti boh. *ů*, ut in: dústojný, dúležitý, vúbec = bernol. dóstojní, dóležití, vóbec (Náuka reči slov. v Prešp. 1846. p. 100.). Štúr *é* nonnisi in: céra filia et béka, *ó* in peregrinis: trón, chór adhibuit (l. c.).

De divisione vocalium in *solidas*, crassas aut duras: *a*, *o*, *u*, *y*, *á*, *é*, *ó*, *ú*, *ý* et *liquidas* seu molles: *e*, *i*, et *í* in prologo uberidisseruimus. Repetimus hic loci nonnisi canonem orthographiae nostrae sequentem: consonantes *d*, *l*, *n*, *t*, ante vocales molles continuo emolliuntur, e. g. chodíte, letíte, dedina, padnete lege: chodíťe, ľeťíťe, ďeďina, padňeťe.

2) *Semivocales* (polohlásky) in slovenica nostra usitatae sunt *l* et *r*: vlk lupus, plný plenus, prst digitus, smrť mors. Semivocales, ut insigniter observat Fogarasi (Müvelt magyar nyelvtan. 1843. p. 34.), ideo vocantur „quod, tametsi sine vocali pronunciari nequeant, tamen produci possint, uti vocales.“ In nulla tamen lingua europaea, ut in commune notum est, solent productae adhiberi, praeter quam in nostra, quae in genitivis pluralibus: zrn, srdc, srn, slz, blch, jablk (a zrno granum, srdce cor, srna dama, blcha boh. blecha pulex, jablko pomum); in verbis: zdržať continuo retinere, klzať continuo lubrico vestigio ferri aliisque formationibus, poscente id analogia et etymologica ratione, longum *l* et *r* exhibet. Veritate nituntur ergo verba Clarissimi Fr. *Miklosich* in recensione Evang. Ostromiriani, a Vostokovio Russo juris publici facti, in hunc sensum prolata: „dass im Slawischen, wie im Sanskrit, die beiden

Vocale *r* und *l* sowohl *kurz* als *lang* vorkommen" (Recension des Ostr. Evang. Wien 1847. p. 22.).

3) Duae diversae vocales juxta se positae, quae conjunctim ita pronunciantur, ut simul sonus utriusque distincte audiatur, *diphthongum propriam* (dvojhláska vlastná) constituunt. Si vero in pronunciatione in unum confluant sonum, diphthongum *impropriam* (nevlastná) efficiunt.

A) In Náuka Štúrii (pag. 14.) 12 propriae diphthongi recensentur. Non omnes esse diphthongos, quas bonus ille vir ceu tales proponit, in prologo docetur. In reficta orthographia nostra sequentes propriae diphthongi occurrunt:

1) *ia*, *ie*, *iu*, ubi cum praecedente una aut pluribus consonantibus in unam coalescunt syllabam, ut in: priatel amicus, viera fides, zjaveniu revelationi. Id vero non obtinet et ideo *j* loco *i* adhibendum est in sequentibus casibus: a) ab initio vocis, e. g. jama fovea, jazyk lingua et in compositis, quorum simplex *j* inchoat, ut in: z-javiť revelare, z-jesť edendo consumere; b) in medio vocis, ubi syllabam claudit, ut in: *naj*pek*nej*ší pulcherrimus, aut vocales conciliat, e. g. p*ijú* bibunt, d*ajú* dabunt; c) in fine vocis, e. g. boj pugna, daj da, miléj charae etc.

2) *ou* ceu suffixum Instrumentalis sing. substantivorum et adjectivorum foem. generis e. g. s mlad*ou* žen*ou* cum juvene muliere.

Nota. Litera *ó* Štúriano *uo*, čech. *ů* correspondens in scribendo e causis, quae neminem recto conceptu diphthongi imbutum latent, cessat esse diphthongus, quamvis, ut superius dictum est, in pronunciatione ejusdem quidpiam e litera *u* audiatur.

B) Impropriis diphthongis accensemus:

Literam *ä*, de cujus indole in prologo plura dicta sunt. Sonus, quem *ä* ob oculos sistit, audiri debet, describi accurate non potest. Post consonantes duras multum accedit ad sonum *e*, post molles vero ad *a*. Argumenti instar habe: locum, quem *ä* in schemate vocalium ad initium §. hujus exhibito tenet, signanter autem scribendi rationem Štúrio propriam in vocibus: peť quinque, ďeveť novem, zvezok Band; ohlad respectus, pohlad aspectus, ďjeťa proles, ďjevča puella etc. pro päť, deväť, sväzok, ohľäd, dietä, dievčä (Cfer Epig. slov. p. 29. Nro. 3.). E transformatione

gutturalium, emollitione durarum d, l, n, t ante *ä* obtinentem, nec non e correspondente illi čechico *ě* arguo, *ä* mollis instar tractandum esse stareque posse hoc respectu regulam: d, l, n, t ante *ä* non secus ac ante molles vocales emolliuntur.

Litera *y* a potiori parte Slovenorum pronunciatur ut simplex *i* latinum e. g. ryby lege ribi, *ý* vero ut čech. bernol. hung. longum *í*: pýcha superbia lege: pícha; apud Zolienses in Nom. plurali foem. *y* effertur ut *e* purum: ruke manus, nohe pedes; apud Arvenses Polonis conterminos et Honthenses in peripheria Bozókensi *y* more Polonorum sono ad *e* vergente, e. g. rebe pisces, ser caseus loco ribi, sir, *ý* vero more Bohemorum in: býk taurus, dým fumus, mladý resolutum in *ei:* beik, deim, mladei ita exacte pronunciari audivi, ut *y* reapse diphthongum impropriam constituat.

§. 3. *Divisio consonantium.*

Consonantes a probatissimis philologis slavicis sequenti modo dividuntur:

1) in labiales (pernie): v, f, b, p, m.
2) palatinas a) duras: n, l, r.
(podnebnie) b) molles: ň, ľ.
3) dentales a) duras: d, t.
(zubnie) b) molles: ď, ť.
4) sibilantes a) duras: c, s, z, dz.
(sykavky) b) molles: č, š, ž, dž.
5) gutturales a) duras: g, h, ch, k.
(hrdelnie) b) mollem: j.

De singulis classibus consonantium observanda sunt nobis sequentia:

1) In classe prima correspondentes molles (mäkké) desiderari primo obtutu vides. Olim autem non fuisse sic, e vslov. et včechicis monumentis recte colligtiur. In cyrillica siquidem lingua post labiales non secus ac post reliquas consonas sic dictum *molle jer*, quod abs dubio mollium vocalium: *e*, et *i* quae in fine vocum passim exciderunt, vices subit praecedentesque consonas emollit ita prorsus, ut ejectum *i* in: buď esto l. budi, iď i l. idi, chyť cape l. chyti etc. — positum reperies Ubi e contrario emollitio non obtinet, *crassum* vel durum *jerr*, vices gerens vocalium durarum, puta: *a*, *o*, *u*, quae, (ut e collatione sanscritici *sûnas* filius, litva-

nici sunus idem, sanscr. navas novus, latini taurus, graeci tauros aliorumque cum vslovenicis: syn, nov, tur clare patet), pariter exciderunt, priori e diametro oppositum conspicitur (Dobrovský Instt. p. 12.). In grammatica vetero-čechicae linguae a Cl. Šafaríkio elaborata discrimen duras labiales inter et molles pariter observatur (Úv.k Výb. p. 12, et 13.). A me vero ob defectum typorum cyrillicorum in vslov. vocibus hincinde adlatis universim neglectum est.

2) D. Štúr labialem *f* in pure slovenicis vocabulis ut: fúkať flare, fialka viola etc. occurrere asserit, at non demonstrat, atque hoc asserto ceu argumento nixus slovenicae loquelae nomen et characterem dialectus vere talis, a čechica distinctae, vindicare contendit (Nar. slov. p. 53.). Asserto ejus juvabit opponere sententiam Šafaríkii exemplis e comparatione slavicae cum aliis linguis desumtis ceu argumentis innixam. „In Rücksicht der Consonanten, ajit ille, langet der Slawe mit Lippenlauten *w*, *b*, *p* aus, und *entbehrt in ursprünglich slaw. Wörtern den Laut f.* Man vergleiche wru mit ferveo, bob mit faba, bodu mit fodio, peru mit ferio, plameň mit flamma, píšťala mit fistula, piesť mit Faust u. s. w. Selbst wenn er fremde Wörter aufnimmt, verändert er oft das *f*. Aus Farbe machte der Böhme barwa, aus Stephan Štěpán“ (Gesch. der slaw. Spr. u. Liter. Ofen. 1826. p. 36.). Adde: Parisei l. Pharisei in včech. fragmento Evang. S. Joannis saec. X. occurrens (Výb. p. 6.); Ozjep, birmovánje l. Jozef, firmovanje germ. Firmung (Úv. k Výb. p. 22.); moderna čechica: hrabě, půst etc. germ. Graf, Fasten; parvo-russicum: chvasolia, chvartuch l. germ. Fisole, Vortuch čech. fěrtuch (Národopis slov. 1842. p. 27.). Idem, quod Šafařík, edisserit etiam Dobrovský, ille philologorum slavicorum pater, in Institutionibus suis (p. 6. 10. 536.); Berlič in sua Gramm. illyrica 1842 denuo impressa (p. 15.); denique, ut alios praeteream, Smith dicens: *„das f ist eigentlich nur ein Parasit in den slaw. Sprachen*, der vom Anfang an nur in *fremden*, nicht slawischen Wörtern vorkommt, dann aber auch durch verdorbene Aussprache sich in einige einheimische Wörter eingeschlichen hat“ (Gramm. der poln. Spr. p. 13.). His expensis jure adstruitur, genium slavicae linguae non ferre labialem *f* veritateque niti assertum grammaticorum bohemicorum docentium: in primitivis vocabulis čechicis *f* non occurrere, contrarium vero Štúrii omni destitui fundamento. Ceterum negari nequit, in čechica aeque ac in no-

stra lingua quam plurimas voces cum *f* esse in usu, quae e ratione supra dicta aut peregrina sunt, aut exemplarium serioris formationis speciem prae se ferunt.

3) Durum *r* non habet apud nos correspondentem sibi mollem, ut apud Bohemos et Polonos. Stridenti čech. *ř*. pol. *rz* nostrum *r*, non raro etiam *ri* aequivalet, ut in: riad ordo, rieka flumen čech. řád, řeka. pol. rząd, rzeka. Nostrum *ri* antiquissimum ac proin genuinum esse, inde cumprimis concludo, quod teste Šafárikio, stridens *ř* ex *ri* vel *rj* transformatione gutturalis *j* in sibilantem *ž* in slavica aliisque linguis, signanter romanis: gallica, italica, valachica etc. notissima et frequentissima ortum sit (Cf. §. 9. Nro. 4.). Ubi adhibeant Bohemi suum *ř*, in prologo docetur.

4) Molle ĺ a Štúrio ejusque asseclis e rationibus in Náuka (p. 15. 101. et 2.) propositis neglectum est. Perperam id factum fuisse sequentia evincunt:

a) Commissio philologica, a societate literaria *Tatrín* constituta, in consessu ejusdem societatis 1846. celebrato candide confessa est et non negavit: „molle ĺ ad Slovenčinam pertinere" (Národ. nov. Nro. 27.).

b) Joannes Kollár, assiduus collector popularium carminum, lepôres slov. linguae, quibus prae čechica gaudet, recensens inter cetera asserit, „a Slovacis discrimen *l* durum inter et molle ĺ sedulo observari" optans, ut dictum discrimen in altera editione popularium carminum nefors adornanda posito signo emollitionis supra *l* exhibeatur (Národ. Zpiev. II. p. 484.). Idem testatur Dobrovský in Lehrgebäude der böhm. Sprache (1819. p. 6.) et in Slovanka (II. p. 36.).

c) Ant. Bernolák, piae memoriae vir, sequentia hoc respectu protulit: „sunt, qui literam ĺ e numero mollium ejectam velint; at istud a pannoniis Slavis fieri non posse, inde colligi potest, quod in plurimis vocabulis apud eos consonans *l* nonnisi dure aut molliter pronuncietur, ita ut, si aliter pronuncietur, aut turpiter in aures veri et nativi Slavi cadat, aut diversam in vocem significationem inducat. Uti ex ťela corpora: ťeĺa vitulus; žili venae: žiĺi vixerunt colligere licet" (Dissert. philologico-crit. p. 70.). Adde: holí (seu nostrum holý) nudus: hoĺí tondet (nostrum holí); úhel angulus vlov. ągl: úheĺ pruna vslov. ąglĭ. His accedit,

d) discrimen laudatum in včech. et vslov. monumentis, imo etiam in Bibliis kralicensibus (Epig. slov. p. 22. et Úv. k Výb. p. 11.) observatum fuisse, a Polonis, Illyriis aliisque populis slav. hodiedum observari, nec ipsis Bohemis recentioribus demtis, quorum theoriam de litera *l* praxis confutat. Si enim in theoria non distinguunt l ab ĺ: ut quid declinant vůl bos, osel asinus aliaque secundum paradigma nominum durae terminationis: had serpens aut holub columba, dicentes et scribentes e. g. in Gen. sing. vola, osla uti hada in Dat. volu, oslu uti hadu; král rex, motýl papilio vero aliaque secundum paradigma mollium: muž vir, e. g. in Gen. krále, motýle uti muže, in Dat. králi, motýli uti muži?

5) Inter sibilantes duras: *c*, *s*, *z* et molles: *č*, *š*, *ž* medium tenebant locum in včechica (Úv. k. Výb. p. 14.) et vslov. dialecto sibilantes: *ć*, *ś*, *ź* in polonica et lusatica hodiedum vigentes. Illyrii *c* solum distinguunt triplex, nempe: *c*, *ć*, *č*. Sloveni, si Arvenses, Polonis vicinos, Scepusienses, Šarošienses, Abaujvarienses et Zempliniensеs demas, qui *ć*, *ś*, *ź* mollius tamen quam Poloni pronunciant, tantum *c*, *s*, *z* et *č*, *š*, *ž* norunt (Epig. slov. 49. Observ. 2.).

6) Nostrum sibilans *dz* correspondet vslov. *žd*, e. g. núdza necessitas, medza terminus, sadza fuligo = vslov. nažda, mežda, sažda atque ad čech. *z* ejus loco adhiberi solitum (nouze, meze, sáze) ita se fere habet, sicut doricum *sd* in: syrisdó, mesdó ad atticum *z*: syrizó, mezón vel meizón (Buttman's griech. Grammatik 1826. p. 34.). *Dz* e *dj* transformatione gutturalis *j* in sibilantem *z* ortum esse et idcirco *dz* ad vslov. *žd* propius accedere čechico *z*, Šafařík insigniter demonstrat (Cfer §. 11. nota).

7) Sibilantes durae *c*, *s*, *z*, *dz* in declinationibus cumprimis foemininorum saepissime mollium instar tractari solent, e. g. noc nox Nacht, moc potestas Macht ita prorsus declinantur ut: kosť os, čnosť virtus. Causa hujus phoenomeni secus explicitu difficilis, facile patet expendenti: in adlatis vocibus, quae vslovenicis: nošč, mošč correspondent, literam *c* vslovenici *šč* ergo mollis vices gerere. In čo quid? nič nihil (vslovenice: ščo, nišč) *č* successit *šč*, apud Bohemos dicentes co, nic pro čo, nič *šč* consequenter abiit in *c* ut in noc, moc, svíce candela vslov. sviešča. Bernolákiani pro nič adhibent ňišt, illyr. ništa, at in declinatione resumunt *č*: ňičeho, ňičemu etc. Sibilantes laudatas, ubi mollium instar tractan-

tur, per decursum grammaticae *medias* vocabo. Recte id fieri, e collatione nostri noc, moc cum illyrico noć, moć colligitur.

8) Sonus *h*, ajente Smithio (Gramm. d. poln. Spr. p. 14.), originetenus non est slavicus; sed non solum in peregrinis, verum etiam in genuinis slavicis quam plurimis e sono *g* in vslov. monumentis vigente ortus occurrit. In pluribus videlicet dialectis slavicis obtinuit nisus et tendentia quaedam, *g* cum aspiratione pronunciandi, uti germ. *g* in: Regen=Réhen. Russi suum *g* semper ita pronunciant, Bohemi *g*, in judicio Libušae exeunte saeculo nono, vel ineunte saltim decimo scripto et in fragmento Evang. S. Joannis saeculi decimi (Výbor p. 1–11.) adhuc conspicuum, universim mutarunt in purum *h* ita, ut sono *g* penitus careant. „Diese Tendenz, ait porro Smith (l. c.), hatte auch einst im Polnischen angefangen sich geltend zu machen, ist aber auf halbem Wege stehen geblieben, so dass jetzt eine nicht unbeträchtliche Anzahl von Wörtern mit *h* gesprochen und geschrieben werden, z. B. *hardy* (stolz) verwandt mit gardzić (verachten); *hańba* (Schande) verwandt mit ganić (tadeln)“ etc. Sloveni nostri Polonis ulterius progressi *g* more Bohemorum in *h* mutarunt, ita tamen, ut sonus *g* non sit illis quemadmodum his penitus ignotus; apud Arvenses e. g. audies grib fungus apud alios hrib idem; golinec avis adhuc implumis, quod cum holý nudus cohaeret; gavendiť misere victitare puta pecudis instar cohaerens cum hovädo vslov. gove͵do pecus, gyzdavý illyr. gizdav depexus cohaerens cum ohyzdný turpis detestabilis; apud Liptovienses aliosque sgerba faex hominum cohaerens fors cum hrba cumulus; gemba polon. ge͵ba Maul, gajdy, illyr. gajde Dudelsack, quocum hajdákať herumstreichen cohaeret, gabať haschen. Bohemis vicini pro adlatis adhibent: huba, dudy, habať idem. Adde omnibus fere Slovenis propria: ligotať sa splendere, mäzga vel miazga Bohemis mizha resina hung. mézga, mozgy cerebrum, boh. mozky, guľa boh. kůle Kugel, grajcár boh. krejcar Kreuzer, groš grossus, drgať succutere, glgať schlucken, gágať sonum anserinum edere, galiba, striga, strigóň, kliag etc.

§. 4. *Divisio literarum respectu soni.*

Omnes consonae aut proprio sibi sono aut alio, proxima cognatione organica mutuato, efferuntur et hinc resultat nova divisio literarum;

a) in *obscuras* (temné): c, č, f, p, ch, k, s, š, t, ť et

b) *claras* (hlasné): b, d, ď, g, h, j, l, ľ, m, n, ň, r, v, z, ž et omnes vocales, ubi vocabulum inchoant.

In lectione non item in scriptura relate ad claras et obscuras sequens canon est observandus: *obscura ante claram non proprio sed proxime sibi cognatae clarae sono pronunciatur* et vice versa, e. g.

b clarum ante omnes obscuras sonat ut proxime cognatum obscurum *p*: obce communitates, občakávať expectare, obfúknuť circumflare, obchod commercium, drobky intestina, obsiať inseminare, obšiť einsäumen, obtreť abstergere, obťať circumcidere lege: opce, opčakávať, opchod, dropky etc.

d sonat *t* ante obscuras: sladký dulcis, mladší junior, pod sochou sub statua etc. lege: slatký, mlatší, pot sochou. Hinc capit lucem sing. Gen. Polonorum tchu a dech Athem (Smith p. 15.).

h sonat *ch* in: ľahký facilis, krehký fragilis lege: lechký, krechký; et in fine vocum, ut in: Boh Deus sneh nix, záloh pignus lege: Boch, snech, záloch; duo postrema ita legi in Učení múdrosti kresť. p. 127. et 130. Hinc explicatur erroneus Gen. plur. knich pro hnih a kniha liber apud Bernolákianos frequens.

v sonat *f* in: včela apis, v koši in corbe, v chýži in cubili, vták avis etc. lege: fčela, f koši, fták; ultimum per *f* scriptum legitur apud quosdam Štúrianorum, Štúrio ipso contrarium docente (Náuka p. 109. et 10.).

z sonat *s*, *ž* vero *š* e. g. nizký humilis, z kameňa ex lapide, z chýže, rozpustiť dimittere etc. ťažký difficilis, vážky statera lege: niský, s kameňa, s chýže, rospustiť; ťašký, vášký. In vslov. praepositionibus: *iz*, *vz*, *bez*, *niz*, *raz* ante obscuras *s* pro *z* scribi solet (Instt. p. 33.), manifesto indicio, in vslov. lingua similem nostro laudato canonem viguisse.

k obscurum effertur ut clarum *g* ante omnes claras, e. g. in kde et derivatis nikde, nekde lege: gde etc. et in praepositione *k* ad, e. g. k bratovi, k mužovi, k ľuďom, k otcovi, k izbe, k Uhrom lege: g bratovi, g mužovi etc. Postremo hoc modo scribendi usus est, ni fallor, Hurban in primo slovenice, non čechice, ut antea solebat, edito tomo suae Nitrae. Ante *n* et *ň* pronominale et *u* in *ku* pro-

prio sibi sono effertur: k nám ad nos, k ním ad eos, k nemu ad eum, ku kráľovi ad regem, non g nám, gu kráľovi.

s sonat *z* dum formâ praepositionis *cum*, *con* abhibetur, et quidem *so* semper (si so mnou mecum excipias et in genere pronominale *n:* s ním, s ňou, s nami) e. g. so strachom lege: zo strachom cum timore. Itidem ipsum *s* praepositionale ante omnes claras, e. g. s Bohom, s dievkou cum puella, s nosom, s makom, s vierou cum fide lege: z Bohom, z dievkou etc. Dein in verbis cum *s* compositis e. g. složiť componere, snášať conferre continuo, sváža ť convehere continuo, smiešať commiscere: lege: zložiť, znášať etc.

Nota 1. Bernolák quoad *z* = *e*, *ex* et *s* = *cum* in scribendo pronunciationem respicit non etymologiam. (Cfer gramm. illius p. 217. et 223.)

Nota 2. Laudato canoni linguae nostrae de obscuris et claris similis est in graeca vigens: ante *tenues p*, *k*, *t* nonnisi tenuis, ante *aspiratas ph*, *ch*, *th* aspirata, ante *medias b*, *g*, *d* media potest stare (Buttman's griech. Gramm. Berl. 1839. I. 82.).

§. 5. *Mutatio literarum.*

Tam vocales quam consonantes subsunt, non raro in vocibus ex una eademque radice descendentibus, certis mutationibus, quae, si in vocalibus fiant, nomine *alternationis* (prehlasovanie), in consonantibus vero nomine *transformationis* (pretvorovanie) veniunt. Alternatio vocalium et quadamtenus etiam transformatio consonantium respectu influxus in significationem vocum duplex distinguitur: a) *dynamica* vel *genetica* (smysloplodné) et b) *phonetica* vel *plastica* (zvukoplodné). Illa significatio vocis plus minus mutatur, e. g. v*i*deť videre et v*e*deť scire; s*e*deť sedere sitzen et s*a*diť plantare setzen; v*i*seť pendere hangen et v*e*siť in composito obesiť l. obvesiť suspendere aufhenken vel — hängen; hac sensus vocis, seu relatio soni ad rem eo expressam non mutatur, sed sonus durior molliori, fortior debiliori, acutior obtusiori et vicissim locum cedit sicve relatio soni ad auditum alia fit, e. g. r*o*kyta et r*a*kyta hung. rekettye salix caprea, *k*avka et *č*avka hung. csóka monedula, koše*la* et čech. koš*ile* indusium etc. Dynamica oriuntur linguae, phonetica dialecti, subdialecti in una eademque lingua. De utraque quaepiam sunt dicenda.

§. 6. *Alternatio dynamica*

Est ille abditus et inexhaustus fons, e quo major pars vocum cognatarum praecipue verborum slavicorum scaturivit, e. g. padať cadere et púdiť pellere, rinúť fluere et roniť fundere, väzeť haerere et viazať ligare, moriť necare et mariť pessumdare, tiecť fluere et točiť fundere, ťahať trahere et túha desiderium aliaque spectata origine cognata esse, quisque facile conjicit, tametsi fors nexum repraesentationum illis expressarum non sat clare perspiciat. In abdito alternationis dynamicae haeret clavis ignotae hucdum formationis vocum slavicarum, ita ut jure liceat asseverare, eo temporis momento, quo clavim hanc detegere i. e. principia et leges alternationis hujus in intima eorum cohaesione cum legibus cogitandi et loquendi comprehendere successerit, principales fores in interiora organismi et mechanismi slav. linguae ducentes reserandas fore. Nequit enim admitti, phoenomenon hocce essentiam linguae slav. penetrans sine lege vagari, quamvis ex altera parte neminem lateat, indolem elementi tam fluxi et instabilis, uti sunt vocales relate ad consonantes natura sua stabiliores et mutationi facilius resistentes, cognitioni ejus mutationum diu adhuc, ni semper, obices posituram (Časop. čes. Muz. 1846. IV. 411-14.). Doctrina de indole literarum, alternatione et transformatione hodiedum fere penitus neglecta jacet. Quod enim hoc respectu hincinde prolatum est, superficiem solum rei tangit, nucleo in medio relicto (l. c. p. 418. et 19.). Summus Dobrovský de alternatione vocalium, quin tamen dynamicam a phonetica discriminasset, in suis Institutionibus (p. 35-8.) disserit. E regulis ibi adlatis sequentes possunt nostrae slovenicae applicari:

1) Alternant saepe *a* et *o* e. g. stanem stabo — stojím sto, kárem punio — korím humilio, hinc po-korný humilis, krájam scindo — krojím in comp. s-krojím conscindam et vice versa *o* et *a* in formatione verborum frequentativorum, quae ante characterem infinitivi *ť* assumunt *a:* lomiť — lámať frangere, pojiť — na-pájať adaquare.

2) Alternant *e* et *o* in formandis frequentativis et factitivis ac proinde etiam in substantivis ab iis derivatis: vediem — vodím duco freq. vojvoda pro vojevoda vel vodca bellidux, veziem — vo-

zím veho freq. voz currus, ležím jaceo — ložím in comp. po-ložím ponam, poloha situs Lage.

3) In iisdem formationibus mutatur *i* in *o* sequente j: pijem bibo — na-pojím adaquabo, nápoj potus Trank; *y* vero in *ý*, in substantivis in *o:* kryjem tego — zakrývam obtego freq. krov tectum, pokrovec hung. pokrócz teges. Eodem modo resolvitur *u* in *ov* sequente vocali: slujem cluo — oslovím alloquar, slovo verbum. Hac lege formant verba f. VI. Infinitivum in *ovať:* milujem — milovať amare et quaedam f. I. ultimae radicalis *u*, ut: ku-jem — kovať pro kuť cudere, hinc kováč kováľ hung kovács faber ferrarius.

Nota. A participio praeteriti passivi: *sloven* (proprie slovien a sloviť in comp. osloviť, vysloviť etc. adhuc usu veniente) mutato *e* in *a: Slovan* derivant quidam eruditorum slav. nomen gentis suae, ut adeo Slovan idem sit ac lat. inclytus. *Slavien* vel *Slavian*, quod Joannes Kollár in Sláva bohyně ceu primitivum nomen gentis slavae pugnacissime defendit, est itidem partic. praet. pass. verbi sláviť celebrare ejusdem cum priori radicis.

4) Alternat subinde *y* et *u:* stydiť sa pudere — stud pudor, slyším audio — slucham ausculto, sluch auditus; dýšem vel dýcham spiro — duchám flo, duch spiritus, vzduch aer Luft.

5) Alternat *ä* et *ia*, (bern. *a* et *á* čech. *ě* et *á*), *a* et *ä* (čech. *a* et *ě*), e. g. päť — piaty, deväť — deviaty; bern. pať, ďevať — pátí, devátí; čech. pět, devět — pátý, devátý; svatý — najsvätejší, posvätiť, čech. svatý sanctus — nejsvětější sanctissimus, posvětiti sanctificare, benedicere.

6) Alternat *e* et *ie* (bern. *e* et *í*, čech. *ě* post molles *e* et *í*), e. g. verím, čech. věřím credo — viera, bern. čech. víra fides; smejem sa čech. směji se rideo — smiech, bern. čech. smích risus; et vice versa *ie* et *e*: svietim luceo — svet mundus, čech. svítím — svět, bernol. svítím — svet.

§. 7. *Alternatio phonetica.*

1) Alternat *a* et *o* :

a) in praepositione inseparabili *raz - roz* lat. *dis*, *di* germ. *zer:* rázporok fissura Schlitz, rázvora temo posterior in curru, rázsvit diluculum, rázsocha, rázcesty bivium Scheideweg — rozbor analysis, roztok difluxus, rozvod Russis divortium etc.

b) in praepositione *pa* - *po:* parobok juvenis, pažcrák gula, pažravý vorax, pamäť čech. paměť memoria, pažiť, čech. drn, hung. pázsit, lat. cespes, pascuum a požiť vesci, paroj examen secundarium apum, paroh Zinke am Horn, pazderie boh. pazdeří flocci lini hung. pazdorja e praep. *po, z* et *dreť*, pokoj pax, potok hung. patak fluvius, posel nuncius etc.

c) in praepos. *pra* lat. *pro* ad gradus consanguinitatis exprimendos adhiberi solita, ut in praded proavus, pravnuk pronepos, prarodič protoparens — prorok propheta, prostriedok medium.

d) post b, d, k, l, m, r in quibusdam vocibus ut: bačkor et bočkor Potsche, daska et doska deska asser, kapún et kopún Kapaun, lakeť et lokeť cubitus, vlani et vloni anno praeterlapso, zmak et zmok malus genius (Národ. Zpiev. I. 416), mach et moch hung. moh lat. muscus, čech. mech diversum a měch saccus, ražeň et rožeň veru, raž et rož siligo, rasca et rosca cuminum.

Nota. Vocalem *a* in adlatis aliisque a Joh. Kollár in Sláva bohyně (p. 87. et 8.) collectis primitivam, antiquiorem esse, e schemate vocalium §. 2. exhibito et e comparatione slavicae linguae cum cognatis latina, germanica, gothica, litvanica et sanscritica recte infertur, e. g. e lat. sal, germ. Salz, caminus, canabis, axis germ. Achse, camera Kammer finxit Slavus: soľ boh. sůl, komin, konope, os, komora; e goth. kas, ara, skatts, malô sua: koš, orol aquila, skot jumentum, moľ tinea hung. moly; e litv. akis oculus, pakaj pax, iskada damnum, paklusnus obediens gatavas paratus — oko, pokoj, škoda, poslušný, hotový; sanscr. agni ignis, ana ille, gaspati dominus, ghasti hospes, *nâsâ* nasus, navas novus, prati obviam, rasa ros, vidhavâ vidua i. e. sine conjuge (Miklosich Rad. ling. slov.) sonant in slavica: oheň vslov. ogň, on, hospodin vslov. gospoď, hosť vslov. gosť, nos, nový, proti contra, rosa, vdova. Genuinam loquendi rationem *a* pro *o* eo purius conservatam observamus, quo ab occidente slavico orientem versus ulterius progredimur. Sic e. g. slovenica nostra: kosa, obrok, boj, potok, russico ore ita fere efferuntur ut hungarico: kasa, abrak, baj. patak. Hinc patet, Hungaros in: ablak, abroncs, parancs, abrosz, aczél aliisque slavicae originis primitivum *a*, a Slavis occidentalibus in *o* detortum (oblok, obrúč, porúč vslov. obrač, porač, obrus, oceľ) retinuisse atque

has aliasque quam plurimas voces slavicas in hungaricam majori ex parte jam in avitis, Russiae conterminis, Maďarorum sedibus non in Pannonia, ut Francisco Miklosich (Recension p. 25. et 6.) videtur, immigrasse.

2) Alternat saepe čech. *e* nostrum *o*, e. g. in Instrumentali sing. substantivorum m. et n. generis: synem, slovem — synom, slovom; in praepositionibus, quibus ad evitandum in amoenum concursnm plurium consonarum vocalis adnectitur: ve in, beze sine, nade super, prede ante, se cum, ze ex etc. apud nos: vo, bezo, nado, predo, so, zo; in formativis: *ek*, *el* - *ok*, *ol*, e. g. předek pars antica, svědek testis — predok, svedok; popel cinis, orel — popol, orol etc. De alternatione čechicorum: *í; é; ů* et nostri *o* §. 13. A. 2. d. e) agitur.

3) Alternat čech. bernol. *í* et slovenicum *ie:* víra — viera, hrích — hriech peccatum, svítím — svietim. In: chléb panis, chlév hara, mléko lac = nostris: chlieb, chliev, mlieko; in diminutivis: studénka fonticulus, jadérko nucleolus, okénko fenestrella etc. = slov. studienka, jadierko, okienko, in inf. f. I. nésť ferre, vézť vehere, vléct trahere, boh. nésti, vézti, vléci, slov. niesť, viezť, vliecť etc. alternat *é* et *ie*.

Nota. De alternatione reliquarum vocalium signanter autem mollium: *e*, *i*, *í* post consonas molles et solidarum *a*, *o*, *u* etc., qua dialectus slov. a čechica praecipue differt, consule prologum et Epigenem slov. (p. 28—36.), ubi vocalismus slov. generatim cum vocalismo aliarum slav. dialectorum dextere confertur.

§. 8. *Transformatio.*

1) In doctrina de mutatione consonarum slavicarum principalem locum tenet transformatio gutturalium: *h*, *ch*, *k*, *j* et *g* in sibilantes duras: *z*, *s*, *c*, *dz*, et molles: *ž*, *š*, *č*, *dž* fitque:

a) in *radicibus* et *stirpibus*, (v koreňoch a pňoch),

b) in *formatione* et (v tvorení) et

c) in *flexione* (v skloňovaní).

Prima cum phonetica passim coincidens ad slav. Etymologicon spectat quidem, delibatur tamen §. sequenti. Secunda et tertia dynamica est et in grammatica praeteriri nequit. Priusquam tamen de utraque sermonem instituerimus, de causa mutationem literarum

producente quaepiam praemittenda sunt. Recta enim cognitio phoenomeni cujusvis ergo et linguistici recta cognitione causae producentis nititur.

2) Jam causa haec mutationem literarum producens, teste Šafaríkio (Čas. č. Muz. 1847. I. 66.) et Smithio (Gramm. d. poln. Spr. p. 7.) est: *influxus literae j in adjacentem.* In slav. siquidem lingua indolem literarum nullus alter sonus intensius extensiusque afficit sono *j* ejusque vices gerente *i* ita, ut potior pars doctrinae de literis earumque mutationibus circa eum, ceu continuum suum axem, volvatur. Praecipuus effectus hujus literae est: communicatio indolis suae liquidae literis immediate (saepe etiam mediate) adjacentibus, consequenter emollitio. Hac efficientia ortae sunt in slav. lingua molles: v, b, p, m, ň, ĺ, ř, ď, ť; hac via transierunt antiquiores et primitivae nostrae *a* et *u* apud Čechos in *e* et *i*, e. g. jalito in jelito intestinum, jutro cras in jitro mane, jačmeň, jahňa in ječmen hordeum, jehně agnus; daj, volaj in dej da, volej voca etc. hac via sunt evolutae e gutturalibus: *h*, *ch*, *k* sibilantes primi gradus: *ž*, *š*, *č*, secundi gradus: *z*, *s*, *c* tum in formatione et flexione vocum, cum in radicibus et stirpibus earumdem, ita ut regulae instar statui possit: in slavica lingua transformatio gutturalium in sibilantes est effectus influxus literae *i* aut *manifesti,* quatenus vestigia ejus vel in scriptura vel in pronunciatione apparent, aut *occulti,* quatenus ceu conditio explicandae transformationis necessario supponi debet.

3) Transformatione in sibilantes invecta est in slav. linguam delectans varietas sonorum, quae ei non solum formam et characterem peculiarem conciliat, verum etiam multiplicatione stirpium ex iisdem radicibus thesaurum ejus lexicalem nimiopere auget.

§. 9. *Transformatio gutturalium phonetica.*

Quod summus Dobrovský verbis: „initialis consona (gutturalis) vix unquam transformari solet“ (Instt. p. 42) in dubium vocasse videtur, sagacissimus rerum slavicarum scrutator Šafařík extra omne dubium collocavit innumeris exemplis comprobando, initiales non secus ac alias consonas gutturales in sibilantes transformari solere adeo, ut omnes omnino sibilantes, demto *s*, speciem secundariae formationis correspondentium gutturalium praeseferant (l. c. p. 41—64). Juvabit quaepiam exemplorum ibi adlatorum exscribere.

1) Gutturale *h* vslov. russ. illyrico etc. *g* correspondens transformatur:

a) in *ž*: čech. hříbě, hřebec: slov. zriebä hinulus, žrebec admissarius equus; včech. hřebí: slov. zriebij sors Los; pol. grzęda čech. hřada trabs: vslov. slov. žrď, čech. bern. žerď pertica; russ. kaluga: čech. kaluže, slov. kaluža coenum; slav. železo: litv. geležis; slav. žena, sanscr. džani: graec. gyné etc.

b) in *z*: čech. slov. hviezda, pol. gviazda: vslov. russ. illyr. zviezda stella; pol. gvizd, čech. slov. hvizd: vslov. illyr. zvizd, russ. svist sibilus; čech. klouhati: slov. klzať, klúzať lubrico vestigio ferri; slav. zrno: lat. granum, germ. Korn frumentum; slav. zend. zima: lat. hiems, sanscr. hima frigidus etc.

2) *ch* abit:

a) in *š*: ruth. chalaš: vslov. šalaš, slov. salaš tugurium; slov. jelša, čech. olše: russ. olcha betula alnus; čech. lemech et lemeš, slov. lemeš vomer etc.

b) in *s*: čech. chleptati, slov. chlípať lambendo bibere: čech. sleptati, slov. slopať idem; čech. bonchati slov. búchať, germ. pochen pulsare, percutere: serb. busati idem: russ. kolychať: slov. kolýsať movere cunas, hinc kolýska cunae pro belčov e magy. bölcső etc.

3) *k* mutatur:

a) in *č*: čech. slov. kavka: serb. čavka, croat. čoka, hung. csóka; slov. krpka et čerpák haustrum a čreť, čerpať haurire; čech. krev, vslov. slov. krv sanguis: čech. červec coccus, červ vermis, červený ruber; slov. kroz, krez: vslov. čriez per, trans; slav. ščit, štit: lat. scutum, litv. skytas etc.

b) in *c*: čech. květ, pol. kviat, slov. kvet: vslov. russ. illyr. cviet flos; slov. kvíčať grunnire, hinc kvíčala et cvíčala turdus pilaris Krametsvogel: corut. cvičati, cvičala idem; čech. kvíliti, slov. kvíliť: vslov. cvieliti, serb. croat. cviliti plorare etc.

c) in *s*: čech. kloniti, russ. slov. kloniť, lat. clino, graec. klinó: croat. serb. corut. sloniti idem, nostrum za-cloniť = za-sloniť obumbrare (Luc. 1, 35), hinc indubie slon elephas, quod arbori inclinatus dormiat; čech. kluzký slov. klzký: vslov. slzky lubricus etc.

4) Gutturale *j* abit in *ž*, rarius in *z*, e.g. sanscr. juvana, vslov.

jun, lat. juvenis: pers. džuvan, valach. žune, gall. jeune; lat. jugum, vslov. igo, hung. iga, čech. jho: graec. zygon idem; confer: ital. gia, giudice etc. cum lat. jam, judex; val. žok, žur cum lat. jocus, juro; gall. jouer, juste etc. cum lat. jocari, justus etc. In slav. idem fieri probent exempla: vslov. jariti se, irasci, serb. jarak fervidus: illyr. žarak ardens, splendidus; russ. juriť properare: serb. žuriti se, slov. žuriť sa eniti, accelerare; čech. půjčiti: slov. požičať, Tyrnaviensium požčať mutuum dare, distinguendum a poščať commingere.

§. 10. *Transformatio gutturalium dynamica,*

Et quidem: *h,* in *ž, ch* in *š, k* in *č, g* in *dž* obtinet:

A) *In formatione*

1) *substantivorum* a) *masculinorum*, ante formativas: *ník, ek* etc. e. g. dlžník debitor, hriešnik peccator, ptáčnik auceps a dlh debitum, hriech peccatum, pták avis; rožek, brušek, buček sunt diminutiva e roh cornu, brucho venter, buk fagus; b) *foemininorum,* ante: *a,* e.g. podnoža scabellum e *pod* sub et *noha* pes, duša anima a duch spiritus, obruča vel obrúč armilla, circulus ex *ob* circa et *ruka* manus; ante *ba:* služba servitium a sluha servus, dražba licitatio a drahý carus; ante *ka:* slúžka ancilla a sluha, muška dim. a mucha musca, žebráčka mendica a žebrák mendicus; ante *ina*: družina societas a druh socius, podbrušina abdomen, Unterbauch e pod sub et brucho, mršina Aas, Luder a mrch olim cadaver, smrečina ligna, sylva abietina a smrek abies, bučina a buk; ante *äť:* pečäť vel pečať, hung. pecsét sigillum a rad. *pek* in *pek*-ár pistor conspicua; ante *ierňa* aliasque: mučierňa Folterkammer a muka Folter; c) *neutrorum* ante *ä*, *ie* vel *ia:* vlčä dim. a vlk, zbožie frumentum a *z* ex et Boh; ante *isko, idlo, stvo* etc. e. g. nožisko, brušisko, vojáčisko auctiva a noha, brucho, voják miles; kružidlo circinus a kruh circulus, germ. Kreis, množstvo multitudo a mnohý multus etc.

Nota. Formativae *och* et *oš* in: leňoch deses, Faulenzer et maznoš Weichling; *ek* et *ec* in: zvonek et zvonec campanula; *isko* et *ište,* čech. *iště,* bern. *išče* in: ohnisko et ohnište focus; *ko* et *ce* in: slnko et slnce sol, líko et líce Antlitz, quarum posteriores e prioribus transformatione gutturalium in correspon-

dentes sibilantes ortae sunt, significatione haud differunt ab invicem.

2) *adjectivorum* ante *ný, ná, né; í, ia, ie; ský, ská, ské:* služný, á, é, rožný, á, é cornutus, a, um a roh; smiešny, a, e ridiculus a smiech risus, značný, á, é notabilis a znak signum; boží, ia, ie divinus a Boh; vlčí, ia, ie lupinus a vlk; pražský, á, é pragensis a Praha; mnišský, á, é monasticus a mnich monachus etc.

3) *verborum* f. IV. ut: množiť multiplicare, pľužiť dirigere aratrum a pluh; prášiť pulveres excitare a prach pulvis, sušiť siccare a suchý siccus; značiť signare a znak, liečiť mederi a liek medicamen, stridžiť incantare, germ. Hexerei treiben a striga (fors e lat. strix strigis) Hexe etc. In *ženiem* pello ex *honím* pello continuo, *žijem* vivo ex *hojím* vivere facio medeor, prima radicalis *h* est in *ž* transformata. Verba: *konať* et *činiť* agere a kon (in: zákon lex) et čin actus, *kädiť* vel kadiť suffire et *čadiť* fumare sunt duplicata unius ejusdemque radicis, quorum posteriora e prioribus mutatione *k* in *č* orta sunt.

B) *In flexione*

Abit *h* in *ž* et *z, ch* in *š* et *s, k* in *č* et *c, g* in *dž* et *dz:*

a) in Voc. sing. masc. e. g. boh bože, duch duše spiritus, človek človeče homo. In Nom. pl. subst. et adject. bozi, dusi, nazí nudi, susí sicci, velcí magni; in Dat. et Loc. foemininorum: noze, muse, ruce, stridze raro audies apud Slovenos; semper autem: zbojníci latrones, vlci lupi, uradníci officiales, provisores.

b) ante *e* et *í* praesentis et *e* participii praet. passivi verborum f. I. e. g.

móžem čech. mohu possum, možen in comp. premožen victus,
vlečiem — vleku traho, vlečen tractus,
sečiem — seku seco, sečen sectus.

c) ante *ť* infinitivi: móct pro mózť čech. moci posse,
vliecť — vléci trahere,
siecť — síci secare.

§. 11. *Transformatio reliquarum consonantium.*

A) Durae sibilantes *c, s, z* et *s* junctum cum *k* et *t: sk, et st* sequentes subeunt mutationes:

1) *c* abit in *č* a) in formatione diminutivorum ante *ek, ka, ko* etc. e. g. zvonec zvonček, konec konček; opica simia opička, líce líčko; ante *ina:* končina extremitas, otčina patria a konec finis, otec pater, Nemčina germanica lingua a Nemec germanus; ante *isko:* vajčisko, chlapčisko auctiva et contemptiva a vajce ovum, chlapec puer etc. b) in formatione adjectivorum ante *ný, ná, né* et *í, ia, ie,* e. g. konečný, á, é finalis, srdečný, á, é cordialis a srdce cor; zajačí, ia, ie leporinus a zajac čech. zajíc lepus. c) in flexione ante *e* Vocativi: chlapče, otče.

2) *s* in *š:* in formatione frequ. f. V. e. g. nosím porto snášam comporto, kosím falcor skášam defalcor etc. in substantivis: zbrojnoš gens d'armerist, noše (plur.) čech. nůše Trage, paša pascuum a pásť pascere.

3) *z* in *ž:* vozím veho svážam conveho, mazať ungere in praesenti: mažem etc.

4) *sk* et *sť* in *šť* bern. *šč:* smetisko et smetište Kehrichthaufen szemétdomb a smetí (plur.) Kehricht: ante *ina:* pánština Frohndienst a pánský dominalis; Slovenština, Čeština, Polština sloven. boh. polonica lingua a slovenský, český, polský. Pro čech. Slovenština, Polština aliisque, quorum ultima radicalis nec est *ch,* ut in Čech, nec *s,* ut in Rus, dicunt Sloveni: Slovenčina, Polčina; in verbis f. V. e. g. blískať sa fulgurare et blíšťať sa fulgere, germ. blinken, pískať fistulare et píšťať pipire, sibilare, pustiť et púšťať mittere etc.

B) Dentales *d* et *t* sequenti modo mutantur:

1) *d* abit a) in *s:* ante formativam foem. *ť* e. g. vlasť patria a vlad in vládať potiri, slasť dulcedo a slad in sladký dulcis, čech. pasť, nostrum pasca decipula a pad in padať cadere, confer germ. Falle a fallen. Hoc modo ortum est illyr. sviest vel svist conscientia e praep. *s* cum et vedeť scire. In infinitivis f. I. e. g. klásť ponere, krásť furari, prásť nere collatis cum praes. kladiem, pradiem. Idem fit in hung. lingua in formatione factitivorum: támasztani suscitare a támadni oriri, ragasztani adfigere proprie adhaerere facere a ragadni adhaerere etc. (Confer etiam lat. plaustrum pro plaudtrum a plaudere, graec. peisteon pro peithteon).

b) in *dz* ante formativam foem. *a* (olim *ia*): núdza a núdiť nútiť cogere, mládza foenum cordum a mladý juvenis; ante *í, ia,*

ie: hovädzí, ia, ie bubulus, a, um hinc hovädzina bubula caro a hovädo; in formatione freq. hodiť hádzať projicere, cujus praesens est hádžem.

2) *t* mutatur a) in *s:* ante *ť:* strasť perditio a stratiť perdere; pliesť plectere praes. pletiem, miesť verrere praes. metiem etc.

b) *t* abit in *c* ante *a:* pláca solutio a platiť solvere; svieca candela a svietiť lucere; ante *í, ia, ie:* teläcí, ia, ie vitulinus, a, um, husäcí, ia, ie anserinus, hinc teläcina, husäcina caro vitulina, anserina a Gen. teläťa, husäťa, (in Nom. telä, husä vitulus, pullus anserinus); in terminatione neutrorum *ence* collata cum vslov. *ęta:* kurence pulli gallinacei, morčence etc.; in verbis f. V. ligotám et ligocem sa, plátam et plácem plico etc.

Nota. Transformationem literae *d* in *dz* et *t* in *c* sequenti ratione explicat Šafarík: „Indubium est, quod, quemadmodum in graeca lingua e primitivo *dj* ortum est *z*, in dorica dialecto in *sd* mutari solitum: phrazó, l. phradjó dor. phrasdó (adde exempla §. 3. Nro. 6. adlata), ita etiam in slavica e primitivis *medja* limes, terminus, *rodjen* natus, *světja* candela, *sytjen* satur, satiatus, vigentibus adhuc apud Serbos et Illyros Bosniae ac Dalmatiae *mutatione j in ž* ortum sit primo quidem *medža, rodžen* vigens apud Croatas, Parvorussos, olim etiam Magnorussos, cum debilitato *ž* in *z* etiam apud Polonos *miedza, rodzon* et Slovacos *medza, rodzen* (in comp. u-rodzený wohlgeboren conspicuum); deinde vero transpositione consonantium, Bulgaris nimis grata, vslov. seu veterobulgaricum: *mežda, roždeń;* similiter e primitivis *světja, sytjen* vigentibus apud Serbos et quosdam Illyrorum, mutatione *j* in *ž*, seu ob praecedens acutum dentale *t* in acutum *š*, et ex una parte transpositione in *št* apud Bulgaros *svěšta, syšten*, ex altera vero confusione literarum *t* et *š* in unum sonum *č* apud Russos, Croatas et Carinthios *svěča, syčen*, e quo debilitatione sibilantis *č* in *c* polonicum, čech. et slovacicum *svěca, svíce, sycon, sycen* evolutum est. In russico *rožen, sažen* etc. *d* ante *ž* ita excidit, quemadmodum in čechico *rozen, sazen* aut in carinthiaco *rojen, sajen*, in quo primitivum *j* immutatum superest" (Čas. čes. Muz. 1847. I. 62. et 3.).

C) Literae *d, l, n, t* ante *e, i, í; ä, ie, ia, iu* emolliuntur, e.

g. vídíte, letíte, telä, jahnä, videnie, letenie, videnia, letenia, videniu, leteniu, lege: viďíte, ĺeťíte, ťeĺä, jahňä viďeňie etc. Ante *e* non emolliuntur in: ten hic et derivatis: teraz pro tenraz hac vice nunc, vtedy tunc, teda ergo, temer fere etc.; in jeden unus, žáden nullus, všetek omnis, ubi *e* vices gerit duri *o:* jedon, žádon, všetok; in declinatione adjectivorum indefinitorum et definitorum penultimae longae: matkine, sestrine, krásne, vzácne, krásneho, vzácneho etc. ubi *e* vices gerit *é*, ante quod emollitio non obtinet. Neosolienses ceterum ťen, ťeraz dicunt non secus, ac voĺi (boves) voďi (aquae) pro ten, teraz, voly, vody (Epig. slov. p. 28.). Cfer prologum.

§. 12. *Prosthesis, epenthesis, ejectio, methathesis et duplicatio literarum.*

1) *Prosthesis* (predklad vel predsuvka) seu praefixio literarum ad radicem non pertinentium in slovenica, ut generatim in slavica, frequens est. Solent autem prae ceteris sequentes literae praefigi: a) *s*, e. g. smútiť sa tristari vslov. ma͐titi se͐; skóra cortex et kóra idem; smrť mors collatum cum mreť mori; strkať trudere et trkať; skrz per et kroz, krez; b) *r:* rmútiť sa tristari vslov. ma͐titi se͐, rdusiť imo et hrdusiť suffocare l. dusiť idem; c) *v:* von ille l. on; vósmy l. ósmy octavus. Prosthesis literae *v*, vulgo čechico nimis grata, e. g. vorati, vosel, loco orati arare, osel asinus, in literaria lingua probari nequit.

2) *Epenthesis* (vklad vel vsuvka) seu interpositio sequentium literarum est in usu:

a) *n:* ante *j* casuum pronominis tertiae personae praecedente aliqua praepositione rectorum, e. g. k nemu, od neho, naň, zaň, v ňom, s nim etc. l. k jemu ad eum, od jeho ab eo, naj in eum, zaj pro eo, v jom in eo, s jim cum eo; ante *j* verborum: vyňať, vynimať excipere, sňať decipere, sňadať jentare hinc sňadanie, čech. snídání jentaculum, Frühstück, vyňsť exire etc. pro vy-jať, vy-jimať, z-jať, s-jadať a vslov. jasť freq. jadati, nunc jesť, jedať, vy-isť. Hoc modo formatum est etiam *není* non est pro *nenie*, ut in epistola čechica Mathiae Corvini ad magistratum Tyrnaviensem 1483. data legitur (Tatranka 1841. II. 32.), e particula negandi *ne* non et *je* pro *jest* est. In adlatis et similibus exemplis *j* colliquescens cum *n* efficit molle *ň*, quo proinde virtualiter centinetur (§. 8. Nro. 2.);

b) *d:* ante *lo* neutrorum, e. g. kridlo, čech. křídlo ala rectius

fors krydlo a kryť tegere, sadlo adeps, zrkadlo, čech. zrcadlo speculum; in adjectivis ante *lný:* smrtedlný mortalis, zretedlný clarus, spasitedlný salvificus etc. pro krilo, salo, zrcalo; smrtelnyj, spasitelnyj dialectis ordinis A. propriis. Etiam čech. sedlák, nostrum sedliak rusticus e vslov. selo fundus ager, Illyris pagus ortum; tkadlec l. nostri tkáč textor adhibitum; modliť sa orare collata cum illyr. seljak, tkalac, moliti se epentheticum *d* exhibent;

c) *l* post labialem *b* more in dialectis ordinis A. usitato (zbavlien, korablí, zemlia = nostris zbaven, koráb, zem, čech. země) interserti unicum novi exemplum in voce *hroblá* tumulus legique e. g. apud Hollýum; „v dávnej spráchnivelých *hrobli*“ (Zora R. 4. str. 116.) et „prenáramnú skál *hroblu* naválám“ (R. 3. str. 46.).

d) *t:* in streda, čech. středa, hung. szerda lat. dies Mercurii l. vslov. srieda medium et d. Mercurii, confer germ. Mittwoch i. e. Mitte der Woche; strední, prostriedok, čech. strední medius, prostředek medium Mittel l. srední prosriedok vel posriedok a rad. *srd,* conspicua hodiedum in *srd-ce* cor cordis et tenore §. 9. identica cum sanscr. *hrd,** graec. *k*ard-ia cor; stretnúť obviare, v ústrety obviam l. sretnúť, v úsrety; confer etiam nostrum et vslov. stlp columna cum čech. slup idem; nostrum et čech. straka pica cum pol. sroka pro sraka etc.

e) *h:* in rozhrešiť pro rozrešiť čech. rozřešit dissolvere, discutere, za-hrdusiť pro za-dusiť;

f) *u* ante *o:* kuoň equus, muoj meus, stuol mensa, kuol palus, nuož culter l. kóň, mój, stól etc. čech. kůň, můj, stůl etc. Porro quidam Slovenorum more čechico ad evitandum inamoenum concursum plurium consonantium interserunt *u:* in slunce, dluhý, dluh, dlužen, žlutý flavus, chlupatý pilosus, tlustý pinguis, kluzký lubricus, slup, pluvať natare, ruvať, šklubať vellicare rupfen etc. l. slnce, dlhý, dlh, dlžen, žltý, chlpatý, tlstý, klzký, stlp, plvať, rvať, šklbať;

g) Epentheseos literae *ž* ante *d*, in vslovenica ante omne *d*, quod cum subsequente *j* colliquescere deberet, usitatae, exempla habemus tantum in derivatis a hromada cumulus: hromáždiť cumulare, shromáždovať congregare, shromáždenie congregatio etc. In čech. jezditi equitare, vehi; jezd Ritt, Fahrt; jezdec eques; jízda equitatus aliisque a *jedu* nostro *idem* eo deductis *z* ante *d*, ajente Do-

brovskyo, est euphonicum. „Vergleicht man nun, ait porro idem, *h*nízdo (nostrum hniezdo, vslov. gniezdo) mit *nidus* und *Nest*, drozd mit *turdus* und mit *Drossel*, so möchte sich wohl die ursprüngliche Stammsylbe finden und dann ausmitteln lassen, welcher Laut von beyden *z* oder *d* später hinzu gekommen sey" (Slovanka, II. 34. et 5.).

3) *Ejectio* literarum ab initio vocum facta *aphaeresis*, in medio *syncope*, in fine *apocope* vocatur.

a) Aphaeresis obtinet: in aký qualis, ako qualiter pro jaký, jako; šetok, šeljaký l. všetok, všeljaký diversus; dovica l, vdovica vidua; céra l. dcéra filia etc. Cum in slavica lingua *a* admodum paucas voces inchoet (Instt. p. 12. Smith Gramm. d. poln. Spr. S. 12.) et *j* in jaký correspondeat radicali *t* in taký talis, tak taliter, ejectio ejus probari nequit. In vdova, vdovica, ut e collatione sanscr. vidhavâ compositi e *vi* = sine (Confer nostram insep. praepositionem *vy* = ex) et dhavâ = vir patet, *v* ad formationem; in všetek, všeljaký et in dcéra *v* et *d*, ut e vslov. vs, vsiak omnis et dšči gen. dščere, germ. Tochter, litv. duktě, sanscr. duhitr, graec. thygatér colligitur, ad radicem vocis pertinent et idcirco ejiciendae non sunt. Porisko manubrium pro rukovät, čech. rukověť usu veniens est aeque aphaeresi ortum e toporisko formato e topor securis ope *isko*. Confer etiam slov. som, si; sme, ste, sú sum, es; sumus, estis, sunt; meno nomen etc. cum čech. jsme, jsi, jsme, jste, jsou, jméno; slov. čech. mám habeo, hra lusus, hrať ludere cum illyr. imam, igra, igrati se etc.

b) Syncope fit: in cez vel čez per pro vslov. čriez idem, teraz pro tenraz; vedno simul pro vjedno, bodaj utinam pro bohdaj ad vocem: deus da! Duo postrema saepius audiuntur, et idcirco rectius scribuntur sine syncope. Radicale *v* post praepositionem *ob* circa circum in compositis saepe ejicitur, e. g. oblak nubes pro obvlak ex *ob* et *vlek* in vliecť trahere, obyčaj consvetudo ex *ob* et *vyk* in z-vyk mos, obec communitas pro obvec, obeť pro obveť sacrificium; obliecť induere pro obvliecť, sláček plectrum pro svláček etc. (Slov. II. 25.) Sibilantes *ž, š* transformatione correspondentium gutturalium *h, ch* tenore §. 10. ante *stvo* et *ský* obtinente ortae in pronunciatione non audiuntur, e. g. množstvo, mnišstvo; pražský, mnišský etc. sonant: mnostvo, mnistvo; praský, mniský. Quid de his et similibus crucibus Etymologorum statuen-

dum sit, ambigo. Putarem, expuncto *s* formativae et mollibus *ž* et *š* in *z* et *s* mutatis scribendum esse: mnoztvo, mnistvo, prazký, mniský ad analogiam: katolický, bystrický, český bohemicus etc. pro katoličský, bystričský neosoliensis, češský. Mestský civicus, vlastný proprius, radostný laetus aliaque adjectiva simili modo formata expuncto *t* sonant: meský, vlasný, radosný; rectius tamen scribuntur modo, quo formantur. In his principio *etymologico*, in illis *phonologico* seu pronunciationis juste deferendo alterutrius adsertorum postulatis satisfit.

c) Bohemi et Polonosloveni nostri (Epig. slov. p. 18.) in 3. p. s. praet. verborum f. I. quorum ultima radicalis est consonans, *l* abjicere amant dicentes e. g. moh potuit, řek dixit, krad furatus est, vez vexit etc. pro mohl, řekl, kradl, vezl, apud nos: móhol, riekol, krádol, viezol; polonoslov. pad cecidit, ucik aufugit pro padol, utiekol. Per apocopen orta sunt etiam čech. stráň clivus, Thalgehänge, hráz agger, věž turris, mříž Gitter etc. pro stráně, hráze, věže, mříže; nostrum vulgare nádej pro nádeja spes etc. čech. psáti scribere, ptáti se l. nostri písať, pítať sa interrogare. Nostri infin. in *ť* l. *ti:* chodiť, platiť l. čech. choditi, platiti etc.; imperativi: iď i, plať, maž unge, klaď pone etc. pro vsl. idi, plati, maži, kladi; substantiva mollis terminationis: hosť, oheň, mať mater etc. collata cum sanscr. ghasti, agni, vslov. mati, apocopati *i;* durae terminationis vero, ut e collatione e. g. litv. ragas, verbludas, biesas cum slav. rog cornu, velblad camelus, bies daemon; lat. domus, nasus, asellus litv. asilas cum slav. dom, nos, osel etc. elucet, durarum vocalium abjectarum, quas in vslov. durum jerr supplet (§. 3. Nro. 1.), specimen exhibent. In *ozaj*, *ozajst* pro dozajista certe, revera et aphaeresis et apocope obtinet.

4) *Metatheseos* (preklad) seu transpositionis literarum e primitivo loco ad alium pauca adsunt exempla. Pro tolár Thaler, Tyrol vulgus dicit: toral, Tylor. Pro pol. karp ad lat. carpio, Karpfe proxime accedente omnes Sloveni adhibent kaper, Bohemi kapr. Pro mhla illyr. magla nebula a *mihať* blinzeln nictari, pro provaz funis e *pro* et *viazať* ligare, pro mžúriť nictari audies non raro: hmla, povraz, žmúriť. Etiam povrieslo, čech. povříslo ligamen stramineum videtur esse compositum e *pro* et *viazať*, sicut povraz. Nostrum et čech. ratolesť germen, ramus unius anni est metathesi

ortum e vslov. et russ. lietorasí, pol. latorosl a *lieto*, pol. lato, čech. léto annus et *rasti* crescere. Pro kopriva urtica Polonus dicit pokrzyva; pro dlaň vola manus Russus ladoň etc. (Slov. II. 65).

5) Duplicationem vocalium non admittit slav. lingua. Consonae autem non solent duplicari, nisi compositio aut derivatio id exigat, ut in: poddať subdere, poddaný subditus e *pod* sub et *dať* dare; bezzákonný gesetzlos e *bez* los, sine et *zákon* Gesetz, lex; vyšší altior a vys-oký altus etc. In mäkký mollis, vslov. me(kkyj, čech. měkký *k* recte duplicari, e derivatis: ob-mäkčiť, z-mäkčiť emollire etc. in quibus unum *k* tenore §. 10. A. 3. in *č* transformatur, nec non e comparativo mäkší mollior ad analogiam nižší humilior a niz-ký- abjecto *ký* formato elucescit.

§. 13. *Quantitas et tonus syllabarum.*

A) *Quantitate* seu productione et correptione (dlženie a krátenie) syllabarum a tono bene distinguenda et čechica et slovenica gaudent et idcirco praestant euphoniá reliquis dialectis slavicis: polonicae, russicae, illyricae etc. quantitate syllabarum destitutis soloque tono praeditis; nam, teste Schmitthennerio, „quantitirende Sprachen sind unendlich viel wohllautender, musikalischer als die accentuirenden“ (Ursprachlehre §. 176.). Multum tamen respectu quantitatis differunt ab invicem:

1) Genuina siquidem slovenica, teste usu loquendi, quo etiam quantitas syllabarum determinatur, Epigene slovenico (pag. 18. sub *) et Nauka (pag. 104.), *duas syllabas longas* (i. e. vocalibus: *á, é, í, ý, ó, ú,* semivocalibus longis *l* et *r* (§. 2. 2.) aut diphthongis propriis: *ia, ie, iu* et *ou* distinctas) *in una eademque voce juxta se positas de regula haud fert,* čechica et čechizante bernolakiana etiam plures admittente, e. g. spievanie das Singen, kázanie Predigen, krásny, piaty quintus, kúpi emet, píšu scribunt etc. = čech. et bern. spívání, kázání, krásný, pátý, čech. koupí, píší, bern. kúpí, píšú. Praeterea

2) Bohemi in compluribus casibus producunt syllabas, quae a Slovenis corripi solent. Quosdam eorum adduxisse sufficiat:

a) ante *lo* et *dlo* quorumdam neutrorum bisyllaborum e. g. máslo butyrum, šídlo subula, mýdlo sapo, jídlo esca etc. slov. maslo, šidlo, mydlo, jedlo. In peklo infernus, sedlo ephippium et tri-

syllabis: divadlo theatrum, pravidlo regula etc. e contra corripitur penultima, ut apud nos. In číslo numerus a boh. čísti legere primam Sloveni producunt more Bohemorum, a quibus illud acceperunt.

b) In nominibus bisyllabis f. g. e. g. kráva vacca, skála petra, sláma stramen, rána vulnus, moucha musca, pára vapor, žíla vena, síla vis, lípa tilia etc. = slov. krava, skala, slama, rana, mucha, para, žila, sila, lipa. In Instr. sing. et in Dat. Loc. Instr. plurali tamen conveniunt nobiscum dicentes e. g. s kravou, kravám, kravách, kravámi. In Gen. pl. krav, much etc. recedunt denuo a nobis dicentibus: kráv, múch, síl, žíl etc.

c) Masculina práh limen, hrách pisum, kámen lapis = slov. prah' hrach, kameň in Nom. sing. vocales longas exhibent, quae in reliquis casibus corripiuntur: prahu, hrachu, kameně etc. ut apud nos. Idem observatur in neutris: símě, břímě, rámě, výmě týmě Gen. semene, břemene, ramene, vymene, tymene etc. slov. semä, bremä, ramä, vemä, temä. Prolongant Bohemi primam etiam in bláto lutum, jádro nucleus, jméno nomen, léto annus et aestas per integram flexionem, demto G. plur. jmen, jader; Sloveni corripiunt: blato, meno, jadro, leto aestas et in Gen. pl. producunt: blát, mien, jadier.

d) In Loc. sing. adjectivorum durae terminationis in g. masc. apud Bohemos usu venit *é*, in Loc. pl. vero substantivorum masc. *í* loco nostri *o* e. g. v pěkn*é*m domě, slov. v peknom dome; v dom*í*ch, čas*í*ch, potoc*í*ch, slov. v dom*o*ch, čas*o*ch in temporibus, potok*o*ch etc.

e) Loco nostri brevis *o* Bohemi ponunt *ů* vices gerens longi *ó*:

aa) in B*ů*h, d*ů*m, dv*ů*r aula, hn*ů*j fimus, l*ů*j sebum, str*ů*mek dim. a strom arbor; s*ů*l sal, h*ů*l baculus, sm*ů*la pix, k*ů*že pellis, n*ů*še etc. slov. Boh, dom, dvor, hnoj, loj, stromok, soĺ, smola, koža, noše;

bb) in suffixo Gen. pluralis *ův* vel *ů* et in Nom. sing. masc. adjectivorum indef. a substantivis m. g. deductorum: syn*ů*v vel syn*ů* filiorum, otc*ů*v vel otc*ů* patrum etc. slov. synov, otcov; syn*ů*v, synova, synovo; otc*ů*v, otcova, otcovo ad filium, ad patrem pertinens, slov. synov, a, o; otcov, a, o; in suffixo Dat. pluralis *ům*: syn*ů*m, otc*ů*m slov. synom, otcom;

cc) in imperativo: stůj sta a stojím sto; in compositis zůstati manere, pozůstati superstes esse, půjčiti mutuo dare et in verbalibus ab iis deductis: pozůstalý superstes, půjčka mutuum etc. slov. stoj; zostať, pozostať, požičať, pozostalý, pojčka vel požička;

dd) in 2. et 3. pers. singulari, in 1. et 2. plurali praesentis quorumdam verborum, e. g.

koli, kůleš, kůle; kůleme, kůlete, kolí pungo, is, it; pungimus, itis, unt;

zovu, zůveš, zůve; zůveme, zůvete, zovou, voco, as, at etc.

stoni, stůneš, stůne; stůneme, stůnete, stoní, gemo, is, it etc. slov. kolem, koleš, kole; koleme, kolete, koľú;

zoviem, zovieš, zovie, zovieme, zoviete, zovú;

stoniem vel steniem, stonieš vel stenieš, stonie vel stenie etc.

Bohemi in personis attactis adhibent etiam *á* et *é* loco nostri *a* et *e*, e. g. plači, pláčeš, pláče; pláčeme, pláčete, plačí fleo, es, et etc. beru, béřeš, béře; béřeme, béřete, berou sumo, is, it etc. slov. plačem, plačeš etc. berem, bereš vel beriem, berieš etc.

f) Penultima syllaba infinitivi omnium verborum f. I. apud Bohemos producitur in verbis, quorum radix vocalibus aut consonis: *l*, *r*, *n*, *v* terminatur, e. g. dať dare, znať noscere; piť bibere, byť esse, kuť cudere; počať inchoare, žať metere; prať ferire, žrať vorare, zvať vocare, klať pungere, stlať sternere, poslať mittere, hnať etc. boh. dáti, znáti, píti, býti, kouti, počíti, žíti, práti, žráti, zváti, kláti, stláti, posláti, hnáti. Idem obtinet in inf. verborum f. III. mreť mori, vreť fervere, dreť excoriare, treť terere, streť sternere, preť sa litigare disceptare, mleť molere, chceť velle et comp. umreť, zavreť claudere etc. boh. mříti, vříti, dříti, tříti, stříti, příti se, mlíti, chtíti, umříti, zavříti.

g) In imperativo verborum f. I., quorum ultima radicalis est *i* aut *y*, Bohemi *i* et *y* recte producunt: pí bibe, bí verbera; krý tege, mý lava, Sloveni corripiunt: pi, bi, kry, my etc.

B) Qui recte loquitur aut scribit, in polysyllabis vocibus unam syllabam, in sententiis unam vocem, in majoribus periodis unam sententiam prae aliis majori semper vi effert. Syllaba, vox aut sententia majori prae aliis vi elata *tono* seu *accentu* (prízvuk) gaudere dicitur, qui proinde triplex est: *syllabarum*, *vocum* et *sententiarum*:

1) *Tonus syllabarum* in čechica aeque ac in nostra lingua paucis iisdemque regulis definitur:

a) Omnes partes orationis, demtis monosyllabis conjunctionibus et paucis quibusdam particulis, sunt capaces toni ejusve sedes in simplicibus vocibus semper est prima syllaba radicalis: *rod* genus, *ro*dič genitor, *ro*dit gignere; *pán, pán*ský, *pán*stvo dominium. Hinc patet, tonum tam brevi quam longa syllaba ferri posse sedemque ejus suffixione haud mutari, tametsi in derivatione syllaba longa non raro in brevem mutetur, e. g. pán, p*a*novat regnare et vice versa brevis producatur, e. g. n*o*ha n*ó*žka, kn*i*ha kn*í*žka etc.

b) Praefixione e contrario sedes toni mutatur, praepositiones enim et particula negandi *ne* in compositis tonum e prima radicali ad se trahunt, e. g. *u*tek fuga, *po*rod partus, *na*rodit sa, *ná*rod natio, *ne*moc infirmitas, *ne*byt non esse. Hinc probabile est, productionem praepositionum: na, do, vy, roz, pri etc. in compositis et derivatis usu venientem, e. g. národ, dókaz argumentum, rázvora, výhläd Aussicht, príchod adventus (§. 20. nota c), e confusione toni cum quantitate syllabarum ortam esse. Efficienti*â* toni in syllabam, cui insidet et proxime adjacentem primitive breves in germ. quoque lingua produci et vice versa longas corripi, asserit Heyse, e. g. in st*eh*len, l*ie*gen, H*ah*n, S*oh*n (lege: stélen, lígen, Hán, Són) pro vgerm. stelan, ligan, hano, son (Deutsche Schulgrammatik, 15. Ausg. S. 103.). Influxu hoc correptum est apud nos *ie* in *e:* in nev*e*ra Unglaube, posm*e*ch Gelächter pro neviera, posmiech Bohemis proprio a viera et smiech. In aliis quoque compositis tonus e prima radicali determinati migrat ad primam determinantis seu primae partis compositi (§. 20.), e. g. *vi*nohrad vinea, *zlo*dej fur, *vše*mohúci omnipotens, *ni*kdo nemo, *ne*kdo vel *da*kdo aliquis, *cu*dzoložit fornicari etc.

c) Monosyllabae praepositiones etiam extra compositionem privant tono primam radicalem subsequentis, e. g. *na* stole, *do* chrámu ad templum, *pri* dome penes domum etc.

2) *Tono vocis* afficiuntur generatim voces majoris prae ceteris in sententia momenti, speciatim autem *determinans* vox sententiae majori prae *determinato* vi solet efferri, e. g. mój brat je *chorý* meus frater est infirmus; človek *mieni,* Pán Boh *mení* homo pro-

ponit, D. Deus disponit; pijem *vodu* bibo aquam; hovor *smelo* loquere audacter etc.

3) *Tonus sententiae* est recta elevatio et demissio vocis in pronunciatione majorum periodorum, qua mutua relatio logica connexarum sententiarum ob auditum sistitur. Solet autem tono hoc sententia *primaria* a secundaria distingui.

Nota. *Tonus dictionis* seu *accentus rhetoricus* a prioribus in eo differt, quod non nitatur fixis regulis grammaticis, verum a relativo momento, quod sententia aut vox quaepiam pro intentione loquentis obtinet, pendeat. Mutat igitur sedem suam potestque in una eademque sententia jam hanc jam illam vocem afficere, quam loquens majori prae ceteris vi effert, ut audientem ad *excludendum oppositum* et *quemvis alium conceptum* excitet, e. g. sequens sententia: matka nás včera učila mater nos heri docuit toties potest alio tono efferri sicve etiam quoad sensum mutari, quot vocibus constat:

1) *Matka* nás včera učila = mater, non pater aut alter quispiam etc.
2) Matka *nás* včera učila = nos et nullum alium etc.
3) Matka nás *včera* učila = heri et non alias etc.
4) Matka nás včera *učila* = docuit et nil aliud etc.

PARS II.

Doctrina formarum.

§. 14. *Praemonenda et ordo pertractandorum.*

I. Praesens pars grammaticae duo momenta in se complectitur: *formationem* videlicet vocum e radicibus et stirpibus *flexionem*que earumdem. De utraque sequentia praemoneo:

1) *Formatio vocum* (tvorenie slov) triplici modo fit: a) interna mutatione radicalium literarum seu *alternatione* vocalium dynamica, quae, ut ex exemplis §. 6. contentis aliisque evidens est, mutationem consonarum involvit; b) praefixione (predkladanie) et suffixione (prikladanie) literarum et syllabarum per se haud subsistentium, seu *derivatione* (odvodenie); denique c) conjunctione plurium per se subsistentium et significatione pollentium vocum in unam, seu *compositione* (skladanie). Formatio modo a) fieri solita *interna,*

derivatio autem et compositio, *externa* vocatur. Forma vocis, quocunque demum modo formationis orta, organismo linguae legibusque evolutionis ejusdem conformis, *organica;* diformis autem *anorganica* appellatur. Anorganicum est e. g. neutrum adjectivorum def. literâ *ó* štúr. *uo* terminatum: dobró dobruo bonum, peknó peknuo l. dobré, pekné (Cfer §. 36. B. Obs. 1.). Forma primitiva, quam vox ante omnem sui mutationem prae se ferebat quaeve idcirco basim omnis formationis constituit, *radix* (koreň) audit differtque a *stirpe* (peň) seu forma vocis, quocunque demum modo supra laudatorum mutata et ulteriori vocum formationi basis instar subjacente.

Stirpes censentur esse praeterea omnes monosyllabae voces, quae ad simpliciores radicum formas reduci non possunt e. g. Boh, chlieb, pes canis, zub dens, mil unde milý charus, rád lubens etc. — Literas et syllabas in formatione vocum radici vel stirpi praefigi solitas, *praeformativas* (predtvorka), eas vero, quae suffiguntur, simpliciter *formativas* (tvorka) vocabo. — Radices linguae slavicae non secus ac aliarum indoeuropaearum sunt *monosyllabae*, atque hoc respectu indoeuropeae a *semiticis* linguis radicibus *trisyllabis* gaudentibus differunt. Radices aliae sunt *pronominales* (všemenné), *verbales* (slovesné) aliae, e. g. in voce *potomok* Nachkomme posteri *ok* est formativa, *om* est suffixum Loc. sing. *po* = post praepositio, *t* autem radix pronominalis; *duchovný* spiritualis relate ad *duchovenstvo* sacerdotium proprie spiritualitas, *duchov* ad spiritum pertinens relate ad *duchovný*, *duch* relate ad *duchov* est stirps; *ch, ov, ný* et *stvo* sunt formativae, syllaba *du* vero in *du*-ť flare est radix verbalis. Radices pronominales sunt paucae formatioque ex illis expedita et facilis est. Tales sunt e. g. *m*- in *my* nos, *môj* meus; *t*- in *ten*, *ta, to* hic, haec, hoc, *ty* tu; *v*- in *vy* vos, *váš* vester; *n*- in *nás* olim *ny* nos, *náš* noster; *on*, *ona, ono* ille, illa, illud; *s*- in *sem* huc, dne-*s* hodie; *k*- in *kdo*, *ký* quis? etc. Numerus e contrario radicum verbalium major formatioque vocum ex illis amplissima et multiplex est adeo, ut, teste Šafaríkio, indici grammatici omnes partes orationis ab iis solis deducant alias nec admittentes (Čas. čes. Muz. 1846. V. 562. et 3.). A radicibus verbalibus: verba, substantiva et adjectiva, a pronominalibus: pronomina et omnes primitivae particulae derivantur. Denique radices vel sunt a) *apertae* (otvorené) i. e. in vocales desinentes e. g. *da*,

pi, *kry*, *ku* in da-ť dare, pi-ť bibere, kry-ť tegere, ku-ť cudere; vel b) *clausae* (zatvorené) i. e. consonantibus terminatae, e. g. *vlek*, *klad*, *vid*, *rob*, *chyt* in vliec-ť, klás-ť, ponere, vid-eť, rob-iť laborare, chyt-iť capere.

2) *Flexio* (ohybovanie) est illa vocum mutatio, quam ceu membra orationis pro mutua ad se invicem relatione subeunt. Mutatio haec suffixione certarum literarum aut syllabarum fit, quae idcirco *suffixa* (koncovky) vocantur. Illa vox vero, quae flexioni basis instar subest, *thema* audit, e.g. in *rodu* generis, *s rodom* cum genere, *rody* genera etc. *u*, *om*, *y* sunt suffixa, *rod* thema, quod hic cum radice coincidit. Mutatio substantivi, adjectivi, pronominis et numeralium per sic dictos casus speciatim *declinatio* (skloňovanie), motio autem verbi *conjugatio* (časovanie) appellatur. Praeter interjectiones, conjunctiones et praepositiones omnes reliquae orationis partes moventur et idcirco hae *flexibiles* (ohyblivé), illae vero *inflexibiles* (neohýblivé) solent nominari. Multa quoque adverbia nominatim *qualitatem* determinantia speciei cuidam flexionis, *comparationi* videlicet adjectivis propriae subsunt.

II. Ab ordine, quo prius de formatione omnium partium orationis, deinde vero de flexione flexibilium distinctis sectionibus agitur, materiam formationis vocum delibare tantum, non exhaurire, volens recedo contrahoque de singula orationis parte, omni, demto syntactico, respectu scitu necessaria ad sequentia capita:

1) de nomine substantivo (podstatné meno);
2) de pronomine *) (všemeno, čech. náměstek);
3) de nomine adjectivo (prídavné meno);
4) de nomine numerali (číselné meno);
5) de verbo (sloveso);
6) de adverbio (príslovka);
7) de praepositione (predložka);
8) de conjunctione spojka) et
9) de interjectione (výkrikník vel výkrička).

*) Substantivum et pronomen more hucdum insolito praemitto adjectivo ob declinationem definitorum, quae, ut §. 22. 1. c) docetur, *mixta* vel *composita* est et ceu talis nonnisi praemissa declinatione substantivi et pronominis rite explicari et intelligi potest.

CAPUT I.

De nomine substantivo.

§. 15. *Conceptus et species ejusdem.*

Nomen substantivum est denominatio objecti *realiter* aut *logice* i. e. in cogitatione tantum per se subsistentis. Hinc substantiva alia sunt *concreta*, alia *abstracta*.

I. *Concreta* (skutočné) sunt:

1) nomina subst. *propria* (vlastné mena) seu denominationes individuorum, e. g. personarum, regionum, locorum, nationum, fluviorum, montium etc. e. g. Adam, Eva, Čechy Bohemia, Uhry Hungaria, Viedeň Vienna, Dunaj Danubius, Váh Vagus, Kriváň, Sitno montes, Slovák Slovacus, Nemec Germanus etc.

2) *Communia* (obecné), quae pluralitatem aut copiam objectorum aut partium ejusdem generis designant. Huc spectant:

a) *Appellativa* seu *generica* (rodné), e. g. človek homo, strom arbor, zver animal etc.

b) *Collectiva* (hromadné), quae pluralitatem objectorum jam singulari exprimunt et vel non differunt terminatione ab aliis nominibus, e. g. ľud populus, pluk exercitus, Regiment, hromada cumulus etc. vel peculiaribus in slov. lingua formis (§. 18. b) distinguuntur, e. g. vojsko militia, listie folia arborum, kamenie lapides etc.

c) *Materialia* (materičné), e. g. zlato aurum, sriebro argentum, pivo cerevisia, slanina lardum, hung. szalonna etc. Speciem peculiarem concretorum constituunt *auctiva* (zväčšené) et *diminutiva* (zmenšené), quorum formae §. 19. exponuntur.

II. *Abstracta* (pochopné) seu denominationes repraesentationum, quae objectorum per se subsistentium instar cogitantur tantum, sunt:

1) Nomina *proprietatem* (vlastnosť, povaha) exprimentia, e. g. mladosť juventus, starosť senectus, velkosť magnitudo, choroba infirmitas etc.

2) Nomina *statum* (stav) et *actionem* (čin) designantia, e. g. blahoslavenstvo felicitas, zármutok tristitia, drahota caristia; beh cursus, krik clamor, východ ortus, západ occasus solis etc. Huc

spectant etiam verbalia: bytie das Sein, bitie das Schlagen, mučenie das Foltern, učenie das Lernen etc.

§. 16. *Divisio substantivorum respectu originis.*

Respectu originis substantiva sunt:

a) *Primitiva* (prvotné), quae puro etymo seu syllaba radicali nuda constant, uti: muž vir, vlas capillus, vól bos etc. Eandem formam prae se ferunt abstracta multa, quae a verbis significationem petunt, uti lov venatio, piscatio a *lov*-iť, pot sudor a *pot*-iť, súd judicium a *súd*-iť. Huc referri possunt et alia, nulla adhuc formativa aucta, quamvis a verbis, mutata etiam vocali, deducta sint, uti tok fluxus a *teč*-iem, plot sepes a *plet*-iem, brod vadum a vslov. *bred*-ą.

b) *Derivata* (odvodené) ope praeformativarum et formativarum deducta, e. g. svedoctvo testimonium est derivatum a svedok testis ope *stvo*, svedok iterum a *sved* ope *ok*, *sved* est compositum e praep. *s* = cum et rad. *ved* in *veděť* scire, ut adeo *svedok* idem sit ac lat. *conscius*.

c) *Composita* (složené), de quibus §. 20. agitur.

§. 17. *Praeformativae et formativae.*

I. *Praeformativis* adnumero sic dictas praepositiones inseparabiles (nerozlučitedlné): *vy* e vel ex, *vz* sursum, *pra* pro, germ. *ur*, *pro* Čechis propter, pro, *roz* vel *raz* dis, *pa* post, *ob* circum, e. g. vý-bor Auswahl selectus, vý-rok sententia Ausspruch, vz-duch aer, vz-dor Trotz, pra-vnuk pronepos Urenkel, pro-rok propheta, roz-diel discrimen, roz-broj discordia, ráz-vora, pa-toky (plur.) Nachbier, pa-hreba Kohlenfeuer, pahrebáč, čech. pohrabáč Kohlenkrücke, ob-loha firmamentum, ob-raz imago, ob-sah argumentum Inhalt etc. Eodem modo formant etiam Germani substantiva ope suarum *praesyllabarum* (Vorsilben): *ge*, *miss*, *un*, *ur*, *erz*, *ver*, *zer* etc.

Nota 1. In substantivis ope *vy* et *raz* formatis et adjectivis ab iisdem deductis *y* et *a* semper producitur: výbor — výborný elegans, výber — výberčí Einnehmer, rázsocha, rázsvit etc.

Nota 2. Radicale *v* post *ob* saepe ejici §. 12. 3. b) dictum est.

II. *Formativas* a quibusdam suffixa thematica ideo dictas, ut a suffixis flexionis distinguerentur, non fuisse olim significatione in

et per se destitutas, exinde patet, quod, teste Boppio, organismus linguae significans cum significante conjungere soleat. „Wenn aber, ajit porro idem, mehrere der Wortbildungselemente aus dem Reiche der selbständig erhaltenen Wörter sich nicht mehr mit Sicherheit erklären lassen, so ist diess nicht befremdend, denn diese Anfügungen stammen aus der dunkelsten Urzeit der Sprache und diese ist sich in späterer Periode selber nicht mehr bewusst, woher sie dieselben genommen hat" (Vergleichende Gramm. p. 129.). Constant autem aliae vocalibus aut diphthongis, aliae consonantibus.

A) Formativae *vocales* et *diphthongi:*

1) *a* = vslov. *a* et *ia* vel *ja*, bern. *a*, čech. *a* post duras; *e* post molles: *c, č, j, ř, l,* et *z* (correspondentes nostris ĺ et *dz*), *š, ž*; *ě* post *ň*, e. g. tráva gramen, brada barba, duha iris, päta, čech. bern. pata calx; pláca, svieca, šija collum, nádeja, zora aurora, vóĺa voluntas, chvíĺa momentum, núdza, prádza, hrádza, duša, kaša puls, germ. Brei, koža, kaluža coenum etc. = čech. pláce, svíce, šije, náděje, žoře, vůle, chvíle, nouze, příze Gespinnst, hráze, duše, kaše, kůže, kaluže; sviňa sus, vóňa odor, kaňa vultur = čech. svině, vůně, káně.

Nota. E transformatione gutturalium in sibilantes, e. g. duša a duch, podnoža a noha etc. (§. 10. A. 1. b); e mutatione *t* in *c*, *d* in *dz*: pláca a plat, hrádza a hrad etc. (§. 11. B.); nostri *r* in čech. *ř:* zora — zoře, búra — bouře tempestas, žára — záře splendor, rubedo coeli (plura exempla vix occurrunt); *l* in ĺ, et *n* in *ň* ante hanc formativam obtinente; nec non e vslovenicis: zemlia, kuplia, buria, svinia, vonia = čech. země, koupě, bouře, svině, vůně, slov. zem, kúpa emtio, búra, sviňa, vóňa aliisque recte infertur, duplex formativum *a* esse distinguendum: *a* nempe *purum*, ante quod literae non mutantur et *affectum* litera *i* vel *j* seu *ia* vel *ja*, quae influxu suo adjacentes mutat (§. 8. 2).

2) *ä* = vslov. et pol. *ę* vel *ię*, bern. *a*, čech. *e* post *l, ř, č, š, ž, s* et *ě* post omnes reliquas, e. g. semä semen, ramä brachium, bremä onus, vemä mamma, germ. Euter, temä sinciput, holúbä pullus columbinus, hadä juvenis serpens, dietä, štenä catulus; oslä pullus asininus, kurä p. gallinaceus, vlčä p. lupinus, ptáčä p. avis, kniežä princeps, prasä nefrens, husä p. anserinus etc. = bern. se-

ma, rameno, brema, vema, ťema holúba, haďa, díťa, ščeňa, osľa, kúra, vlča, ptáča, kňíža; čech. símě, rámě, břímě, výmě, týmě, holoubě, hadě, dítě, štěně, osle, kuře, vlče, ptáče, kníže.

Nota. Ante hanc formativam literae mutabiles mutantur: *d, l, n, t* in *ď*, ľ, *ň*, *ť*; *k* in *č*, *h* in *ž*, *ch* in *š* manifesto indicio, eam olim *liquidam* seu litera *i* vel *j* affectam fuisse et pro tali nunc quoque habendam esse. (Cfer §. 2. B)

3) *e* = vslov. bern. čechico *e:* plece humerus, vajce, čech. vejce ovum, vrece, čech. měch saccus, líce vultus, more, čech. moře mare, ovoce fructus, pole rus, germ. Feld, oje, čech. voj ťemo, germ. Deichsel etc.

4) *i* = vslov. bern. čech. *i*, e. g. paní domina, mati, čech. máti mater. Plura in *i* desinentia non sunt amplius in usu; olim fere omnia, quae nunc mollibus consonis terminantur, uti hosť, oheň, kóň aliaque, in *i* desiisse, certum est (Cfer §. 12. 3. c).

5) *o*, e. g. čelo frons, kolo rota, právo jus, pero, čech. péro penna, calamus; seno, hung. széna foenum etc.

6) *u*, in unico: *krú* sanguis, pro usitatiori krv, čech. krev. Foeminina nunc litera *v* clausa: obuv Fussbekleidung, odev vestitus, panev sartago, germ. Pfanne, kanev cantharus, Kanne etc. olim in *u* desiisse, testatur Miklosich dicens: „Allen diesen Substantiven liegt eine alte Form in *u* zu Grunde“ (Recension, p. 30.).

7) *ie* vel *ia* = vslov. *ije*, bern. anorganico *í* loco organici *é*, čech. *í*, e. g. uhlie, listie, kamenie, perie collectiva ab uheľ carbo, list folium, kameň lapis, pero; štestie fortuna, veselie laetitia, nuptiae, zdravie sanitas, svedomie conscientia, obilie, zbožie frumentum etc. = čech. uhlí, listí, kamení, peří; štěstí, veselí, zdraví, svědomí, obilí, zboží; bern. uhĺí, lisťí, kameňí, perí; ščastí, veseĺí, zdraví, svedomí, obiĺí, zbožÍ. Adde omnia verbalia in *tíe* et *nie* vel *tia* et *nia*, bern. *ťí* et *ňí*, čech. *tí* et *ní* desinentia, e. g. pitie, bytie, zvonenie das Läuten, klamanie das Betrügen = čech. pití, bytí, zvonění, klamání, bern. piťí, biťí, zvoňeňí, klamáňí.

B) Formativae *consonantes* cum prae-vel suffixis vocalibus:

1) *b:*

M. *ab* et *áb:* jastrab, čech. jestřáb accipiter, koráb navis.

F. a) *ba:* svatba nuptiae, prosba petitio a pros-iť, modlitba oratio a modliť sa, haňba vituperium a han-iť, voľba electio Wahl a

volil eligere; družba paranymphus Brautführer a druh socius; b) *oba:* chudoba paupertas a chudý macer, čech. pauper; choroba morbus a chorý, staroba senectus a starý, dlžoba debitum a dlh. etc.

2) *c* et *č:*

M. a) *iac* = bern. *ác,* čech. *íc:* mesiac — mesác — měsíc luna, zajac, čech. zajíc lepus; b) *ec* et *ca,* čech. *ce:* otec pater, vdovec viduus; súdca — soudce judex, vodca — vůdce etc. c) *č:* bič mastix a biť, čech. chtíč cupiditas, dříč nostrum dráč Schinder a dreť schinden; d) *ač* et *áč:* trubač Trompeter, hádač Wahrsager, vykladač Ausleger, oráč arator, brucháč, čech. břicháč Grossbauch; e) *oč, úč,* čech. *ouč:* vrkoč Schopf, kotúč — kotouč Scheibe, Rolle.

F. a) *ca* = čech. *ce:* ovca — ovce ovis, sanscr. avi a slavico sola formativa differt; b) *ica* = čech. *ice:* samica — samice foemella, družica — družice pronuba Brautjungfer, veverica — veveřice sciurus, kostnica — kostnice Beinhaus a kosť os; c) *č:* reč, čech. řeč a vslov. rie-ja, fluo, unde et rie-ka, čech. řeka fluvius (Čas. čes. Muz. 1846. V. 562), žlč, čech. žluč bilis fors a žl-tý flavus; confer germ. Galle cum gelb flavus; d) *ač:* žebrač, sedliač collect. a žebrák et sedliak rusticus.

N. a) *ce;* srdce cor, slnce, čech. slunce sol, vajce, čech. vejce ovum; b) *čä* = bern. *ča,* čech. *če:* kurčä — kurča — kurče pullus gallinaceus a kura gallina; dvojčä — dvojča — dvůjče gemellus, trojčä — trojča — trůjče Drilling a dva duo et tri tria.

3) *d* et *ď:*

M. *d:* ovad tabanus Viehbremse; fors etiam drozd (§. 12. 2. g).

F. a) *ď:* piaď, bern. páď, čech. píď spithama Spanne a piať tendere; kiaď, bern. čech. káď cadus fors a kadiť suffire; b) *äď* = bern. *aď,* čech. *eď:* čeläď — čeľaď — čeleď famulatus, hung. cseléd; *aď:* mokraď, čech. mokřada sumpfiger Ort a mokrý madidus; c) *da:* krivda — křivda injuria a krivý curvus; pravda veritas a pravý rectus, vražda caedes Mord a vrah, vslov. vrag inimicus, Illyris daemon; d) *oda:* sloboda libertas, čech. svoboda, jahoda Erdbeere, lat. fraga.

N. a) *do:* stádo grex; b) *ädo* = bern. *ado,* čech. *ědo,* vslov. *edo:* hovädo — hovado — hovědo — govedo pecus.

Nota. In *klada* cippus, germ. Schandklotz, *sreda,* hung. kaloda, szerda *a* solum est formativa, *d* utrinque ad radicem spectat,

ut e *klad*-iem pono, *srd*-ce cor (§. 12. 2. d) patet. Hinc omnia neomagyarica vocabula ad analogiam indubie slavici kaloda, svadente, ni fallor, Ignatio Nagy, ope *da* et *de* formata, uti tanoda gymnasium, növelde seminarium aliaque quam plurima genio magyaricae linguae legibusque formationis vocum quam maxime sunt adversa.

4) *h*, *g* et *j*:

M. a) *h:* stoh acervus, hung. a-sztag a sto-jim sto vel a sanscr. sthag colligere; b) *oh:* tvaroh Quarg massa lactis coagulati a tvoriť creare, facere; *og:* mozog, in plurali mozgy, čech. mozky tantum usu veniens; *uh*: pstruh, pol. vslov. pstrąg, hung. pisztráng, Forelle, salmo fario a pstrý variegatus; c) *j:* boj pugna, kroj Schnitt Mode, predaj, čech. prodej et prodaj venditio; *aj:* rataj arator ab o-rať arare, vozataj vector Fuhrmann a voziť vehere; *aj* = čech. *ej:* kročaj — kročej gressus a krok idem, obličaj — oblíčej vultus a líce, koľaj — kolej orbita a kolo rota.

F. a) *oha*, čech. *uha:* ostroha — ostruha calcar ab ostrý acer, vlačuha trahae a vláčiť; b) *ja*, čech. *je:* nádeja — náděje spes a *na* in et *dieť* facere.

5) *ch:*

M. a) *ch:* duch spiritus a duť flare, smiech risus a smiať sa; b) *och:* leňoch, čech. lenoch; *ich:* ženich sponsus a ženiť sa, čech. kožich, slov. kožuch Pelz a koža, čech. živočich animale; *úch*, čech. *ouch:* pastúch pastor a pásť pascere, smradúch, čech. smrdoch.

F. *echa:* varecha, čech. vařeka Kochlöffel a variť: *ocha:* macocha, čech. macecha noverca a mati; *ucha:* pazucha, čech. pazouch Nebenschoss, mladucha sponsa a mladý.

6) *k:*

M. a) *k:* zrak visus a zreť videre, znak signum a znať noscere; b) *ák*, *iak*, čech. bern. *ák:* voják, sedliak — sedlák — seďlák, pták avis a sanscr. pat volare; *ok:* čech. bern. *ek:* dobytok — dobytek jumentum a dobyť acquirere, pupok — pupek umbilicus; *ek*, čech. *ěk:* človek — člověk homo; *yk:* in unico jazyk lingua; *ik* et *ík*, bern. čech. *ík:* slávik — slavík philomela, rezník — řezník lanio, zahradník hortulanus.

F. a) *ka:* vojáčka Soldatenweib, sedliačka rustica, Slovenka, Slováčka Slovaca a Sloven, Slovák, Češka Bohema; b) *kyňa*, čech. *kyně:* Nemkyňa — Němkyně Germana a Nemec, posolkyňa — po-

selkyně nuncia a posol, priatelkyňa — přítelkyně amica a priateľ; c) *yka:* motyka ligo, vladyka m. g. dominans a vládať potiri.

N. *ko:* klbko, čech. klubko glomus Knäuel, jabĺko pomum.

7) *l* et ĺ:

M. a) *l* et ĺ: stól čech. stůl, hung. a-sztal; rýľ Grabscheit a ryť graben; b) *áľ*, čech. *ál:* nosáľ, okáľ — nosál, okál homo magni nasi, magnorum oculorum; *al:* rýpal Wühler a rýpať, šibal nebulo: *ol,* bern. čech. *el:* uzol — uzel nodus a viazať, posol — posel nuncius a slať; slov. bern. *oľ*, čech. *ol:* mozoľ — mozol callum, kúkoľ — koukol, vslov. kaˎkoľ, hung. konkoly zizania, hrvoľ, čech. vole struma Kropf; čech. hrbol = slov. hrb gibbus Höcker; slov. bern. *eľ*, čech. *el:* kúpeľ balneum a kúpať; adde omnia verbalia in *teľ*, bern. *ťeľ*, čech. *tel* exeuntia: ctiteľ, cultor a ctiť, priateľ amicus a priať, pokušiteľ tentator etc.

F. a) *la:* mhla (§. 12. 4), metla scopae a miesť, berla sceptrum; *ola:* mrtvola cadaver, stodola horreum; b) *eľ*, čech. *el* et *l:* kúdeľ stupa Werg, myseľ mens, čech. koudel, mysl.

N. a) *lo:* peklo infernus a piecť, dielo čech. dílo opus a dieť; b) cum epenthetico *d* (§. 12. 2. b): *dlo, adlo, idlo:* pradlo Wäsche, čech. prádlo a prať lavare, priadlo vel prádlo, čech. přádlo Gespinnst a priasť nere; žihadlo aculeus a žíhať adurere, zubadlo frenum (hung. absque epenth. *d:* zabola) a zub dens, kadidlo thuribulum a kadiť etc.

8) *m:*

M. *ím:* otčím vitricus ab otec.

F. *ma:* slama, hung. szalma a stlať sternere; čech. *ima:* ženima concubina a žena.

N. *mä* = bern. *ma*, čech. *mě*, vslov. meˎ: semä — sema — símě — siemeˎ semen a siať serere etc. *mo:* písmo scriptura, pásmo Gebinde a pásať.

9) *n* et *ň:*

M. a) *n:* stan tentorium a stáť stare; b) *an:* mešťan civis a mesto; krajan Landsmann a kraj; *áň*: hlaváň, hrbáň, kriváň homo magni capitis, gibbosus, valde curvus; *eň*: kameň, peceň Laib, rušeň motivum (Cfer magy. *ony* in mozgony = rušeň); *in:* hospodin dominus a vslov. gospoď idem; *oň:* hltoň edo a hltať glutire, *ún*, čech. *oun:* behún — běhoun cursor, gall. courier, pestún — pěstoun nutritor, Perún Jupiter tonans a prať.

F. a) *ň:* daň tributum a dať; b) *na:* panna virgo a pán, kňažna principissa a kňaz, hrivna, germ. Mark forsan a hriva juba; *ňa,* čech. *ně:* sukňa — sukně, hung. szoknya, studňa — studně puteus; dielňa, čech. dílna officina Werkstatt; c) cum praemisso: *ov, ár, ier* — *ovňa, árňa, ierňa,* čech. *ovna, árna, írna:* knihovňa bibliotheca, prachárňa fabrica pulveris pyrii, mučierňa; d) *yňa,* čech. *yně:* pastorkyňa — pastorkyně privigna a pastorok privignus, jaskyňa — jeskyně antrum; *ina:* testina, čech. tchyně socrus a tesť, čech. tchán socer; bylina planta, hlbina — hlubina profunditas; latinčina, vlaština, srbčina etc. latina, italica serbica lingua (Cfer §. 11, A, 4); jelenina Hirschfleisch a jeleň Hirsch etc.

N. *no:* plátno tela, sukno pannus; *eno:* poleno segmen ligni a pola dimidium, vreteno fusum, koleno genu.

10) *r:*

M. a) *r:* dar donum a dať; čech. bratr, vítr, slov. brat frater, vetor ventus; b) *ár*, *iar*, čech. *ař* et *ář:* pekár — pekář Bäcker, mäsiar — masař lanio a mäso caro, stolár — stolář Tischler a stól, žalár — žalář carcer; *or,* čech. *oř:* piskor a pískať fistulare; *úr — our:* kocúr catus, mechúr, čech. měchýř vesica etc.

F. *era, ora:* sekera securis, mezera intervallum, síkora parus.

N. *ro* et *ero:* jadro, rebro, čech. žebro costa, jazero, čech. jezero lacus.

Nota. E hung. mészár-os, korcsmár-os collatis cum slavicis: mäsiar, krčmár inferri posse videtur, genuinis Hungaris *r* formativam nominis agentis, linguis indoeuropaeis propriam, ignotam olim fuisse genioque magyaricae haud arridere formationes recentiorum: tudor, tanár doctor aliasque ope form. *or, ár* etc, l. *os.* Ut quid enim adjicitur vocibus mäsiar, krčmár nova formativa nominis agentis *os*, in század*os* centurio, szeker*es* etc, usitata?

11) *s et š:*

M. a) *s*: pás, vslov. pojas cingulum a pojiť jungere, klas, hung, kalász spica a klať; b) *áš*: rubáš Unterrock, *oš:* panoš ephebus a pán, maznoš; *yš:* tovaryš socius, sodalis.

F. a) *s* cum adjecto *eň: seň:* pieseň cantilena, čech. píseň a pěti canere, báseň fabula fors a vslov. bajati incantare (Rad. l. slov. p. 1); b) *uša,* čech. *uše:* oskoruša — oskeruše sorbus Sperbeerbaum, Ľubuša — Libuše a ľub lib gratus.

N. *eso:* koleso rota, sloveso verbum.

12) *st* et *sk:*

M. *osta:* prednosta praeses, mešťanosta consul, starosta senior.

F. *osť*, *esť:* žádosť desiderium, radosť gaudium a rád lubens; bolesť, quibusdam bolasť dolor a bóĺ; korisť, čech. kořisť praeda.

N. a) *stvo*, čech. *ství* et *stvo:* opilstvo — opilství ebrietas kňazstvo — kněžství sacerdotium, kráĺovstvo regnum etc. b) *sko, isko* et *ište*, bern. *išče,* čech. *iště:* vojsko exercitus, Polsko, Rusko, Slovensko Polonia, Russia, Slovenia; ohnisko focus, pro quo germanizantes *hiart* Herd adhibent, chlapisko magnus vir a chlap; trhovište — trhovišče — trhoviště emporium a trh, bojisťe Schlachtfeld, hrachovište Erbsenfeld etc.

13) *t* et *ť:*

M. a) *t* et *eť:* čert diabolus, cit sensio a cítiť sentire, počeť numerus a vslov. čta, čech. čtu lego, vecheť, čech. věchet Strohwisch; b) *ot:* život vita a žiť, hrmot, čech. hřmot strepitus a hrmeť tonare; *út - out:* kohút — kohout gallus gallin. žrút — žrout Fresser a žrať.

F. a) *ť:* vlasť, slasť, strasť (§. 11. B), priepasť, čech. propast abyssus a pad in padať cadere, závisť invidia, nenávisť odium a videť; vesť Nachricht relatio, povesť fama, narratio a vedeť, odmrť Verlassenschaft bona caduca ab *od* et *mreť* mori; b) *ta, ata, eta, ota:* nevesta a nevedeť non scire (Institutiones pag. 299); lopata, hung. lapát pala, klebeta, vslov. čech. kleveta garrulitas, robota labor a robiť, dobrota bonitas a dobrý, pravota Process a právo jus, nahota, holota nuditas a nahý, holý; c) *ät,* bern. *ať,* čech. *ět, eť,* vslov. *eť:* pamäť — pamať — paměť — pameť memoria a mnieť, germ. meinen putare, pečäť — pečať — pečeť — pečeť et pečať, háväť — háveď — haveť altile, volatile; *uť:* labuť cygnus.

N. a) *to:* žito, sito, čech. žíto frumentum a žiť, síto, hung. szita cribrum a siať cribrare; b) *eto, yto, ito:* rešeto cribrum majus, hung. rosta a rešiť solvere (Cfer riečica idem quod rešeto); kopyto ungula et crepida, hung. kaptafa, koryto Trog; jalito, čech. jelito intestinum.

14) *v:*

M. a) *v:* stav status a stáť, s-pev cantus a pieť, kov Čechis metallum a kuť; rov fossa a ryť fodere, krov tectum a kryť (§. 6. 3); rukáv manica a ruka manus; b) *ov:* čech. hřbitov, nostrum cmin-

tier coemeterium a hriebsť fodere, germ. graben, hinc hrob, Grab sepulcrum, ostrov, nostr. sihoť, hung. sziget insula ab ostrý.

F. a) vslov. *v* = čech. et nostro *ev:* vietv, čech. větev, nostrum konár ramus a viať, chora₍gv signum, čech. korouhev, pol. chora₍-giev vexillum, nobis zástava, čech. et nostr. kotev ancora, mrkev Mohrrübe, cirkev ecclesia; obuv, oděv ab obuť, odieť induere etc. b) *va:* pošva Bohemis et pochva Degenscheide, bitva, nostr. bitka pugna a biť, britva novacula a vslov. briti tondere, hung. beretva, žatva messis a žať, pastva pascuum a pásť; *ava*: výšava altitudo a vys-oký; *iva:* čech. tětiva, vslov. te₍tiva, pol. cie₍civa chorda, sanscr. tatis pro tantis idem a *tan* extendere (Rad. l. slov. p. 99.).

N. a) *vo:* pivo cerevisia proprie potus a piť, slovo verbum a sluť cluere; b) *ivo:* kladivo malleus, palivo Brennholz a páliť cremare etc.

Nota. Origo et vis formativarum: *l, m, n, r, t,* et *v* §. 33. II. exponitur. Confer ergo!

15) *z* et *ž:*

M. a) *äz, iaz* = bern. *az, áz,* čech. *ěz, íz,* vslov. *e₍z:* vítäz — víťaz — vitěz — víte₍z olim heros, uti apud Magyaros vitéz (Rad. l. slov. p. 9.), nunc victor; knäz — kňaz — kněz — kne₍z olim princeps nunc sacerdos; peniaz — peňáz — peníz — piene₍z olim denarius nunc pecunia generatim, hung. pénz. Duo posteriora collata cum vgerm. *chuning* nunc König, *pfening* nunc Pfennig denarius transformati *g* in *z* (§. 9. 1. b) speciem exhibent non secus, ac *mosadz*, čech. mosaz, pol. mosia₍dz aurichalcum, collatum cum germ. *Messing;* b) *uz:* haluz ramus, apud nos est gen. foem. apud Bohemos masculini; motuz ligamen, hung. madzag.

F. a) *zeň* comp. e *z* et *eň:* priazeň, čech. přízeň favor a priať favere, kázeň Bohemis disciplina, nobis concio a kajať sa poenitere, čech. káti se, bázeň timor a báť sa timere, čech. lázeň balneum etc. *izna:* otčizna paterna bona ab otec, podobizna Porträt a podoba forma; b) *ež:* krádež furtum a kradiem, mládež juventus a mladý, lúpež, čech. loupež rapina a lúpiť; *uža:* kaluža a kal squalor, sordes.

§. 18. *Usus formativarum.*

E paucioribus aut copiosioribus exemplis sub qualibet formativa adductis ipse jam judicare poteris, quam varius sit harum formativarum in lingua slovenica et čechica usus. Eadem enim for-

má, qua actor, vir agens, denotari solet, subinde etiam instrumentum, utensile designatur, e. g. ope *ák* formatur et nomen agentis, u i *voják*, *sedliak* et instrumenti, uti *zobák* rostrum Schnabel a zobať schnäbeln, *zrak* visus aliaque. Sequentia tamen cum certitudine statui posse videntur:

a) Abstracta attributorum quorumvis amant formativas foemininas: *da*, *oda*, *ť*, *ota*, *osť*, *esť*, *isť*, *ež* et neutram: *stvo*, e. g. pravda, sloboda, slasť, drahota caristia a drahý, slabost debilitas a slabý, bolesť, korist, mládež, lúpež; chlapstvo virilitas, panenstvo virginitas etc.

b) Collectiva sibi vindicant formativas neutras: *ie* vel *ia*, *sko* et foemininam *č*, e. g. kamenie, listie, vojsko, sedliač, žebrač.

c) Actio verbi notatur neutris: *tie* vel *tia*, *nie* vel *nia* et foemininis: *ba*, *va*, *seň*, *zeň*, e. g. pitie, spanie dormitio a spať; služba, žatva, pieseň, bázeň.

d) Receptaculi, loci, officinae appellationes postulant neutras: *isko* vel *ište* et foem. *árňa*, *ierňa*, *ovňa*, e. g. strnisko vel strnište stipuletum, obrazárňa Bildersaal, mučierňa, knihovňa.

e) Instrumenta et utensilia designantur neutris: *eno*, *dlo*, *adlo*, *idlo*, foemininis: *ica*, *ňa*, e. g. vreteno, zrkadlo, mydlo, kadidlo, pľuvadlo sputorium a pľuť spuere; truhlica arca, udica hamus, praslica, čech. přeslice colus Spinnrocken, sukňa.

f) Neutris animalibus nondum adultis tribuitur: *ä*, cujus pluralis est *ata* vel *ence*: kurä — kurata vel kurence, morčä — morčata vel morčence.

§. 19. *Formae auctivorum et diminutivorum.*

1) *Auctiva* in slovenica adhiberi solita sunt sequentia:

a) desinentia in *áľ* et *áň*: okáľ, nosáľ, hlaváň homo magni capitis, skupáň homo valde avarus a skupý; b) *isko*: ptáčisko magna avis, dievčisko m. puella, ženisko m. mulier, nožisko m. pes a pták, dievka, žena, noha; *ina*: chlapina m. vir, dubina m. quercus. Cum vero, ajente Štúrio, magnitudo saepe ruditatem aliaque vitia contemptum moventia involvat, formativis auctivorum *contemptiva* (potupné) quoque designari solent (Náuka p. 42).

2) *Diminutivorum* plures series et gradus distinguuntur et quidem:

a) Primae seriei primum gradum constituunt desinentia in *ä*, uti chlapä pusio, ptáčä, ženä a chlap, pták, žena; secundus a priori deducitur *ä* resoluto in *ia*, addita syllaba *tko: iatko*, čech. bern. *átko:* chlapiatko, ptáčatko, ženiatko.

b) Secundae seriei primum gradum tenent in *ec* m. *ica* f. *ce* n. exeuntia: volec, vdovica, slovce a vól, vdova, slovo; secundus ope *ek* m. *ka* f. et *ko* n. a priori derivatur: volček, vdovička slovičko.

c) Tertiae seriei primus gradus desinit in *ák*, *ík*, *ok* m. *ka* f. *ko* n. e. g. synák synok, prútik, mužík, otčík; sviečka, hrstka, pierko, drievko a syn filius, prút virga, muž vir, otec, svieca, hrsť manipulus, pero, drevo lignum, a quo ope *ek* m. *ka* f. *ko* n. secundus descendit: synáček, synček, prútiček, mužíček, otčíček, sviečečka, hrstečka, perečko, drevečko.

d) Quartam seriem sibi vindicant terminata syllabis: *ko* m. *ka* f. uti: tatko pater, dedko avus, matka vel mamka a tato, dedo, mati; *inko* m. *inka* f. tatinko, maminka; *uško* m. *uška* f. tatuško, mamuška, dceruška a dcéra.

Nota. Pauca substantiva transeunt omnes gradus diminutionis, e. g. dušica a duša, devica a deva, jam raro auditur, quartam autem seriem diminutivorum neutrum ingreditur.

§ 20. *Nomina composita.*

I. Conjunctio plurium per se subsistentium et significatione pollentium vocum in unam *compositio* audit. Hoc modo ortum vocabulum *compositum*; quaelibet autem pars compositi *simplex* (prosté) vocatur. Quaevis compositio duobus constat *membris:* a) *determinato* (určené vel základné slovo, germ. Grundwort), quo primarius et fundamentalis conceptus compositi exprimitur et b) *determinante* (určujúce, germ. Bestimmungswort), quod primarium conceptum propius definit aut limitat. Hoc de regula primum, illud ultimum tenet in composito locum. Soleť autem apud nos et Čechos componi:

1) Substantivum cum substantivo, e. g. rybo-lovec piscator; kolo-maž, čech. kolo-maz Wagenschmier a kolo rota et maž unguentum a mazať ungere; krvo-tok fluxus sanguinis; kolo-vrat colus rotata Spinnrad; polu-dnie meridies, čech. poledne a pol dimi-

dium et sexus et deň dies; zlato-hlav Goldstück; voje-voda bellidux čech. vévoda, hung. vajda a voj vslov. exercitus et voda a vodiť ducere; kolodej, čech. koloděj carpentarius a kolo et dej factor; oka-mženie momentum ab oko et mihať; čech. maso-pust Fasching a maso caro et pust a pustiť mittere; pídi-mužík Zwerg nanus a píď spithama et mužík masculus etc.

2) Cum adjectivo, e. g. bielo-tok weisser Fluss a biely albus et tok; čierno-byĺ, čech. černobýl artemisia vulgaris (Lin.), germ. Beyfuss a čierny niger et byĺ idem quod bylina planta; Čierno-boh et Bielo-boh principium malum et bonum in mythologia slavica; dobro-dej benefactor, dobro-denie, čech. dobrodění benefactum, zlodej fur proprie malefactor a dobrý bonus, zlý malus et dej, čech. děj factor et factum a dieť facere; holo-humnica area horrei Tenne a holý nudus et humno horreum; svat-večer vigilia Feyerabend a svatý et večer vespera; staro-verec Slovacis schismaticus proprie Altgläubiger a starý senex et verec fidelis; krato-chvíĺa distractio a krát-ky curtus, brevis et chvíĺa momentum etc.

3) Cum pronomine et numerali, e. g. týž-deň, čech. týden septimana a týž idem et deň; čech. samo-let phoenix a sám solus et let volatus; samo-vražda autochiria Selbstmord; jino-verec heterodoxus a jiný alius et verec; vše-mohúcnosť omnipotentia a vše omne et mohúcnosť; sto-letie vel sto-ročie, čech. století saeculum a sto centum et leto, rok annus; sto-noha centipeda; sto-klas Trespe a sto et klas spica etc.

4) Cum radice verbali, uti pivo-var braxa a pivo et var unde variť coquere; leto-pis annales, chronographia, deje-pis, čech. dějepis historiographia a leto, dej et pis unde písať scribere; nocläh, čech. nocleh locus pernoctandi a noc nox et läh unde ležať jacere; nezna-boh qui Deum non novit a nezna unde neznať non noscere; traso-rítka Bachstelze motacilla a tras unde triasť succutere et rítka, dim. a riť podex; vodo-vod aquae ductus a voda aqua et vod unde vodiť ducere etc.

5) Cum omnibus praepositionibus separabilibus demtis: *k, kolo, okolo, kraj, krom, konča, mimo, cez* vel *prez, skrze*, e. g. bezženstvo coelibatus a *bez* sine et žena; dó-statok dó-stač sufficientia, čech. dostatek; dó-vod vel dú-vod, čech. důvod argumentum Beweis; dó-vera vel dúvera, čech. důvěra confidentia a *do* ad et

stať, vod, viera; ná-pis inscriptio, ná-silie violentia Gewalt a *na* in et sila vis; od-klad dilatio ab *od* ab et klad; s-nem, čech. sněm Landtag pro s-jem (§. 12. 2. a) ab *s* cum et jať capere, sú-sed vicinus, hung. szomszéd a *sú*, čech. *sou*, vslov. et pol. *są* cum et sed unde sedeť; sú-boj duellum; po-vetrie aer, čech. povětří e *po* post et vetor, pó-vod vel púvod, čech. původ origo, pó-hon, čech. původ citatio; pod-vod seductio, pod-stata vel pod-stať substantia, pod-kova, hung. patkó solea, e *pod* sub et vod, stať, kuť; prí-čina causa, prí-hoda eventus, prí-merie, čech. příměří interstitium armorum a *pri* penes et čin actus, hod, vslov. god tempus, mir pax unde s-mieriť reconciliare; prie-laz transitus, prie-vod, čech. průvod conductus a *pre* praeter propter et laz, vod; pred-mluva prologus, pred-mesto, čech. předměstí suburbium Vorstadt, pred-peklo, čech. předpeklí limbus Vorhölle a *pred* ante et mluva sermo, mesto, peklo; proti-mluv antilogia a *proti* contra et mluv; v-chod introitus, v-telenie incarnatio a *v* in et chod, telo corpus; ú-raz laesio, ú-rad munus, čech. ouřad ab *u* apud et raz ictus, riad ordo; z-bytok residuum a *z* ex et byť; zá-klad fundamentum Grund, zá-pad occasus a *za* pro et klad, pad abstracta a klásť ponere et pasť cadere etc.

6) Cum particula negandi *ne* non, germ. *un* saepius, rarius cum adverbiis, e. g. ne-deľa, čech. neděle dies Domini a nedelať non laborare, ne-návisť odium, ne-moc infirmitas a *ne* et moc potestas, spolu-dedič cohaeres a spolu simul et dedič, čech. dědic haeres; arci-kniežä archidux etc.

Nota. Determinans in compositis intime jungitur determinato, hinc fit, ut illud huic se accommodet. Regulae hujus accommodationis sunt sequentes: 1) substantivum g. masc. dura consona terminatum assumit *o*, molli vero clausum *e*: hrom*o*-bitie tempestas cum tonitru et fulguribus, germ. Donnerwetter a hrom tonitru et bitie percussio; dej*e*-pis. In polu-dnie *u* stat loco *o*. Foeminina durae terminationis abjecto *a* recipiunt *o*, mollia *e*, e. g. rybo-lovec a ryba piscis et lovec captor; zem*e*-pis, čech. země-pis geographia a zem, vslov. zemlia, čech. země terra et pis. Neutra retinent *o*: vino-hrad vinea a vino vinum et hrad. In hovni-váľ, germ. Mistkäfer scarabaeus determinans videtur esse adjectivum hovní a hovno excremen-

tum et váí abstr. a válať volvere. 2) Adjectiva et pronomina adjectivalia sub forma neutrali indefinita vel adverbiali junguntur determinato, exempla habes sub Nro 2. et 3. 3) Praepositiones: *na, pri, u, su* et *za* in compositis semper; *do, po, pre* (correspondens čech. *pro*) in quibusdam vocibus apud nos sic producuntur: *ná, prí, ú, sú* et *zá; dó* vel *dú, pó* vel *pú, prie*; apud Bohemos: *ná, ří, ou, sou, zá, dů, pů, prů*, exempla vidisti sub 5). (Cfer §. 13. B. b).

II. Slavis composita vocabula nec olim defuisse nec nunc deesse, ex plerisque nominibus propriis personarum, uti Svato-pluk, Moj-mir, Bori-voj, Kazi-mir, Vladi-mir, Draho-mira, Ĺud-mila etc. et locorum, uti Novo-hrad in Russia, Vyše-hrad ad Pragam et in Hungaria, Bielo-hrad in Serbia, Vele-hrad in Moravia etc. nec non ex exemplis paulo ante adlatis, in ore populi passim vigentibus elucet. Verumtamen nulla slav. dialectorum admittit tantas et tales compositiones, quantae et quales e. g. in germanica vigent, quas speciatim slov. et čechica sequentibus supplet modis:

1) Simplicibus ope formativarum m. gen. *ec, ár, ník* et *nec*; f. *ňa, árňa, ierňa, ica, nica* čech. *na, árna, írna, ice, nice; ina* et n. *sko* vel *šte* formatis, e. g. očistec Fegfeuer, kupec Kaufmann, pútec Haarscheitel; tesár vel izbár Zimmermann, knihár Buchbinder, rezbár Bildhauer, zvonár Glockengiesser, čech. tesař, knihař, řezbář, zvonář; zlatník Goldschmid, železník Eisenhändler; bratranec, sestrenec Geschwisterkind, holubinec Taubenschlag, zverinec Thiergarten, kozinec, ovčinec, psinec Ziegen-Schaf-Hundstall etc. ĺadovňa Eisgrube, sladovňa Malzhaus, kropárňa Sprengboden, sušierňa Dörrhaus etc. čech. ledovna, sladovna, kropírna, sušírna; rukavica Handschuh, družica Brautjungfer etc. olovnica Senkbley, kostnica Beinhaus, kazatelnica Predigtstuhl, zbrojnica Zeughaus, hnojnica Mistgrube, strelnica, čech. střelnice Schiesstatt, okenica Fensterlade etc. vyzina, škopovina, jelenina, svinina, konina, teläcina, človečina etc. čech. teletina, člověčina Hausen-Schöpsen-Hirsch-Schwein-Pferde-Kalb-Menschenfleisch; bukovina, dubovina, smrekovina etc. Buchen-Eichen-Fichtenwald; bučina, dubina, smrečina, čech. smrčina Buchen-Eichen-Fichtenholz; hrachovina, bobovina etc. Erbsen-Bohnenstroh; stanovisko vel stanovište Standpunkt, hnojisko vel hnojište Miststätte, hrachovisko, žitnisko, jač-

menisko vel jačmenište, čech. ječniště pro ječmeniště Erbsen-Korn-Gerstenfeld etc.

2) Resolutione determinantis in adjectivum, e. g. domáci pán, domáca pani Hausherr, Hausfrau; slonová kosť Elfenbein, pšeničný chlieb Weizenbrod, slnečné hodiny Sonnenuhr, nárožný dom Eckhaus etc.

3) Circumscriptione, e. g. masť, prach, hrebeň, ihlica na vlasy Haar-salbe-puder-kamm-nadel; šatka na krk Halstuch, šaty na robotný, na sviatočný deň Alltags-Feiertagskleider, hra v karty Kartenspiel etc.

§. 21. *Genus substantivorum.*

I. Determinationem generis, quod triplex est: *masculinum* (muzké), *foemininum* (ženské) et *neutrum* (nijaké vel vecné pohlavie), certis et fixis regulis subigere, arduum est. Veritate siquidem nituntur verba Heinsii in hunc sensum prolata: „Obwohl die grammatische Bezeichnung des Geschlechtes im allgemeinen sich nach der natürlichen richtet: so ist sie doch in vielen Fällen dunkel, *da sie aus einer uns unverständlichen religiösen Naturanschauung der Urzeit herrührt*“ (Deutsche Sprachlehre S. 23.), e. g. nostrum *mesiac* et germ. *Mond* sunt masculina; lat. *luna* et graec. *seléné* foeminina indubie ideo, quod Slavi et Germani lunam olim ut deum, Romani et Graeci ut deam coluerint. Germ. vocabula: *Weib* foemina, *Mensch* ancilla spectato naturali genere foeminina esse deberent et tamen sunt neutra: *das Weib, das Mensch!* ita prorsus, ut lat. *mancipium* et graec. *to andrapodon* idem (Buttmann's griech. Gramm. I. 131.). Hinc patet, *missâ primigeniâ naturam considerandi ratione*, ceu principio determinandi generis a Štúrio (Náuka pag. 115. et seq.) commendato, ad significationem (význam) et terminationem (zakončenie) recurrendum esse.

A) E *significatione:* 1) masc. generis sunt nomina virorum, munerum virilium, nomen Dei, deorum spirituum et mensium, e. g: muž vir, otec, dedo, čech. děd avus; truľo, chmuľo, geľo ľaľo stupidus hebes homo, germ. Tölpel; bača primarius opilio, hosť hospes, sluha, prednosta vel predstata Vorstand, starosta, meštanosta; súdca, vodca vel vojevoda, družba paranymphus; Perún et Svatovit falsa numina (Vide Nár. Zp. I. p. 401. 407. et seq.); čert, anjel angelus; brezeň Martius, dubeň Aprilis, srpeň Augustus,

rujeň October, čech. březen, duben, srpen, říjen. *) 2) foeminina sunt nomina mulierum, officiorum muliebrium et dearum, e. g. dcéra filia, vnučka neptis, Lada Venus, Vila Nympha etc. 3) neutra sunt: nomina literarum, uti *to* A, *to* B etc.

B) E *terminatione* 1) masculina sunt duris consonis: *b, c, d, f, g, h, ch, k, l, m, n, p, r, s, t, v, z,* e. g. hrob, dub, palec digitus etc. et mollibus: *j, ĺ* et *ň* terminata, e. g. výdaj editio, elocatio, boj pugna, znoj sudor; bóĺ, čech. bol dolor, krdeĺ grex, lipeň salino thymallus, germ. Aesche, remeň lorum, strženň medula arboris, sršeň crabro Horniss, stupeň gradus, väzeň, cech. vězeň captivus etc.

Excipe foeminina e litera *b:* čech. loub, hloub nostrum hlbka profunditas. Ex *c:* moc, noc, vec, čech. věc res et composita: pomoc auxilium, nemoc, obec; pec fornax; čech. klec, nostrum klietka cavea, stříc, nostr. protivie vel-ia das Begegnen. Ex *m:* zem terra, čech. ozim l. nostri ozimina, Chrudím urbs in Bohemia. Ex *p:* otep fasciculus. Ex *r:* tvár facies, jar ver, čech. tvář, jař l. nostri jarina, adde čech. zděř, páteř, zběř, šíř. Ex *s:* ves pagus, os axis, hus anser, rákos vel rákoš arundo. Ex *v:* obrv supercilium, krv, obuv, odev, kotev, panev, mrkev, cirkev, kanev; čech. korouhev, větev et nomina urbium in *av:* Čáslav, Boleslav, Vratislav etc. Ex *z:* reťaz catena, čech. řetěz est masc. generis; foeminina sunt e contra mosaz, kolomaz, rez et apocopata: hráz, mez, ochoz, tvrz etc. l. hráze, meze, ochoze, tvrze correspondentia nostris mosadz, kolomaž, rdza vel cum prosthetico *h:* hrdza (§. 12. 1. b) aerugo, rubigo a vslov. rdieti se, rubescere mutatione *j* in *z* orto (11. B. 1. b), hrádza, medza, ochodza, tvrdza aeque foemininis. E litera *j:* koĺaj, kročaj, obličaj, obyčaj, zbroj arma. Ex *ĺ*: myseĺ, kúdeĺ, soĺ, oceĺ chalybs, maštaĺ stabulum, posteĺ et čech. hůl, prdel podex, běl similago. Ex *ň:* omnia abstracta, uti daň, žeň messis; pieseň, báseň, kázeň, dlaň, lázeň, Viedeň, povodeň inundatio, nomina arborum fructiferarum: vyšeň, čerešeň, jabloň etc.

---

*) Štúr ejusque asseclae čech. nominibus reliquorum mensium contra usum communem nova partim ficta partim mutuo accepta substituerunt. Num bene ? ipse judicare poteris conferendo et expendendo ea, quae de nominibus mensium Dobrovský (Slovanka, pag. 70. et seq.) et Kollár (Sláva boh. p. 183. et seq.) scripsere.

Masculina demum sunt *pluralia:* drobky, čáry Zaubercy, parohy, patoky, odpustky indulgentiae, ostatky reliquiae, mravy mores, pačesy Mittelwerg, hody encaenia, čech. rty labia l. nostri pery, spodky caligae l. nohavice etc.

2) Foeminina sunt desinentia in molles: *č, ď, ť, š, ž*, e. g. reč, žlč, tlč Schrot; kiaď, piaď, meď cuprum, žerď; pamäť, pečať, mladosť; rozkoš deliciae, myš mus; mládež, krádež, lúpež etc.

Excipe masculina e *č:* bič, moč urina, meč ensis, krč spasmus, kľúč clavis, plač fletus, čech. křeč, klíč, pláč; vrkoč, kotúč; čech. míč Ball, rýč idem quod slov. rýľ; adde omnia desinentia in *áč* kropáč aspergillum, sráč recessus etc. E *ď:* medveď ursus, dážď pluvia čech. medvěd, déšť et čech. hvížď, hlemýžď. E *ť:* počeť, vecheť, prýšť ulcus purulentum, lakeť et plášť pallium. Ex *š:* koš corbis, salaš, lemeš, rubáš, maznoš, peregrina: groš, verš et čech. slepýš. E *ž:* nóž culter, kríž crux, jež erinaceus et čech. ráž et plž.

Foeminina sunt porro *singularia* vocalibus: *a* = čech. *a, e, ě* (§. 17. A. 1) et *i* terminata, exempla vide l. c. sub 1. et 4); denique *pluralia* in *e* = čech. *e* vel *ě* et *y* desinentia, uti husle Geige, hrable rastrum, jasle praesepe, dvere janua, kliešte forceps, konope, sane trahae, čech. housle, hrábě sine epenth. *l* (§. 12. 2. c), jesle, dvéře, kleště, konopě, sáně; máry feretrum, vidly furca, vážky, otruby furfur; nomina regionum, locorum et festorum quorumdam, uti Čechy, Uhry, Drážďany Dresden, Benátky Wenedig, Litoměřice Leitmeritz, Košice Kaschau; Hromnice festum purificationis B. M. V. Letnice vel Turice f. pentecostes, Vánoce f. nativitatis J. Chr. etc.

3) Neutra sunt vocalibus *e* et *o*, diphthongis *ä, ie* et correspondentibus čechicis: *e, ě* et *í* clausa, exempla vide §. 17. A) atque *pluralia* in *a:* vráta fores, pľúca čech. plíce pulmo, nosidla Trage et čech. ňádra sinus, záda tergum, kamna fornax.

Nota 1. Auctiva in *ina* et *isko* nec non *knieža* et *hrabä*, čech. kníže, hrabě in g. masc. solent adhiberi. Rectius tamen est genus terminatione definitum: foemininum nempe et neutrum.

Nota 2. In *compositis* genus pendet a *determinato*, e. g. *rybo-lovec* est gen. masc. quamvis determinans *ryba* sit foemininum.

4) Terminatione et idcirco etiam genere differunt complura če-

chica a nostris, e. g. voj et mleziva Biestmilch apud Čechos sunt foem. apud nos oje, mlezivo n. generis; pazuch, mřeň Grundel, střevíc Schuh, sirotek orphanus sunt masculina, apud nos: pazucha, mrena, črievica, sirótka foeminina; hrozen uva illis est m. vole Kropf n. nobis hrozno n. hrvoľ m. generis; m. šat, sáh, příkop = nostris f. šata vestis, sáha orgia, priekopa fossa. Čechis est zvěř fera, chvoj Reis, koupeľ f. nobis: zver, chvoj, kúpeľ m. g. etc.

II. *Commune genus* (obecné pohlavie) in sensu Graecis proprio (Buttmann, l. c.) Sloveni non norunt. In čech. dialecto unicum *choť* est comm. generis: masculini nempe de marito et foeminini de uxore adhibitum. In aliis quam plurimis substantivis de utroque genere adhibendis masculina propriâ et foeminina itidem peculiari gaudent formâ et quidem: vel a masculinis prorsus diversâ, uti in pes canis, suka canis f. kôň equus, kobyla equa etc. obtinet, vel ab iisdem ope *ica*, *ka* etc. deductâ uti samec masculus, samica foemella; vdovec viduus, vdovica vidua; vnuk nepos, vnučka neptis; Poliak Polonus, Polka Polona; omnia in *eľ* desinentia ope *kyňa*, čech. *kyně* fiunt foeminina, e. g. ctiteľ cultor, ctiteľkyňa cultrix, priateľ amicus, priatelkyňa amica etc. Masculino súsed correspondet foem. súseda vicina; kráľ rex, kráľovna regina; švec sutor, ševcova uxor ejusdem; hospodin dominus, hospodyňa domina. Usus te denique plura docebit.

§. 22. *Declinatio.*

1) In slav. lingua triplex declinatio est in usu: a) *substantivalis* (podstatňové skloňovanie), quam substantiva, pronomina personalia et in quibusdam dialectis, uti in čechica aliisque etiam adjectiva indefinita sequuntur; b) *pronominalis* (všemenové, čech. náměstkové) reliqua pronomina comprehendens; denique c) omnibus adjectivis definitis propria *mixta* (smiešané) vel *composita* seu e duabus prioribus coalescens (Recens. v. Fr. Miklosich p. 31).

2) In declinatione praeter genus, de quo §. praec. actum est, numeri quoque et casuum ratio est habenda. *Numerus* (počeť) est duplex apud nos et Bohemos in usu: *singularis* (jednotný) et *pluralis* (množný). *Dualis* (dvojný), in vslov. et včechica olim vigens, tantum in nominibus membra corporis bina, uti *ruka* manus, *noha* pes, *ucho* auris, *oko* oculus designantibus usitatur. *Casus* (pád) Slavis sunt septem: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus,

Vocativus, Localis et Instrumentalis. Localis tantum cum praepositionibus adhibetur, e. g. v *dome* in domo, pri *dome* penes domum etc. Instrumentalis cum praep. *s* cum positus speciatim Sociativus audit, e. g. s *otcom* cum patre, s *pánom* cum domino etc. Sine praepositione stans respondet Latinorum Ablativo absoluto: *nožom* cultro, *mečom* ense.

§. 23. *Declinatio substantivorum.*

In declinatione substantivorum olim neglecto genere solius terminationis habebatur ratio, e. g. masculina *sluha* servus, *hosť* hospes foemininorum ejusdem terminationis: *ryba* piscis, *kosť* os declinationem sequebantur (Úvod k Výb. p. 20.). Cum autem masculina foemininae terminationis derelictâ a potiori foemininali declinatione congeneri masculinae accesserint: in dividendis declinationibus genus quoque nominum respiciendum est. Quo respectu tres generales declinationes distinguo: masculinorum, foemininorum et neutrorum.

A) *Declinatio masculinorum.*

Habito respectu terminationis *durae* et *mollis*, nec non discriminis *animata* (životné) inter et *inanimata* (neživotné) quatuor paradigmata declinationis masculinorum statuo: *chlap* vir, *dub* quercus; *muž* vir, *meč* ensis. I. sequentur animata, II. inanimata duris consonis clausa; III. animata et IV. inanimata mollibus consonis terminata.

Nota. Animata alia sunt *personalia* (osobné), uti *chlap*, muž; alia *impersonalia* (neosobné), uti had serpens, jeleň cervus atque haec ab illis in quibusdam casibus differunt. Cum tamen differentia haec exigua sit: in statuendis paradigmatibus nullum ejus respectum habui.

Declinatio durorum:

Sing.	I.	čech.	II.	čech.	Plur. I.	čech.	II.	čech.
N.	chlap		dub		chlap-*i*		dub-*y*	
G.	chlap-*a*		dub-*u*		chlap-*ov*	-*ů* v. *ův*	dub-*ov*	-*ů* v. *ův*
D.	chlap-*ovi*		dub-*u*		chlap-*om*	-*ům*	dub-*om*	-*ům*
A.	chlap-*a*		dub		chlap-*ov*	-*y*	dub-*y*	
V.	chlap-*e*		dub-*e*		chlap-*i*		dub-*y*	
L.	chlap-*ovi*		dub-*e*	-*ě*	chlap-*och*	-*ích*	dub-*och*	-*ích*
I.	chlap-*om*	-*em*.	dub-*om*	-*em*.	chlap-*y*.		dub-*y*.	

Hoc modo declinantur: 1) substantiva duris consonis: b, d, f, g, h, ch, k, l, m, n, p, r, s, t, v, z clausa et unicum apud nos molli terminatum *počet*. Čech. *peníz, kněz, vítěz* et nostrum *peniaz* mollium instar tractantur. 2) *pluralia* masc. gen. in *y* desinentia §. 21. B. 1) adlata et 3) *peregrina* in *us, es, ens* et *o* exeuntia, quae varie declinantur: *us* et *es* passim abjicitur, e. g. Kristus, Diogenes, G. Krista, Diogena etc. Sokrates, Xerxes retinent *es*: Sokratesa, Xerxesa. Suffixum peregrinum *onis* et *entis* mutatur in *ona* et *enta*: Farao Faraona, Klemens Klementa et s. p.

Notanda de casibus:

1) In *G. sing.* l. *u* complura *inanimata* habent *a*, uti chlieb, chliev, dvor, chomút, jazyk, komin, kostol, kotol, kus frustrum, kút angulus, kláštor, mlyn mola, obed, ovos avena, popol, potok, stól, sud vas, svet, syr, večer vespera, zákon, záhon, život etc. chleba, chlieva, dvora, komina, kotla et s. p. Nomina locorum: Rím, Londýn, Trenčín, Krakov, Lvov Leopolis: Ríma, Londýna etc. demtis in *-hrad* desinentibus: Petrohradu, Novohradu, Carihradu a Petrohrad Petropolis, Novohrad, Carihrad Constantinopolis, Únor Februarius habet: února. Cum praepositionibus amant *a: sen, rok* aliaque: zo sna e somno, od roka do roka de anno in annum, secus *u:* snu, roku. Nomina dierum in *ok*, čech. *ek* desinentia apud nos *u*, apud Bohemos, demto pátek pátku, *a* recipiunt: pondelku — pondělka, štvrtku — čtvrtka etc. *Dom* habet in gen. domu, *doma* est adverbium latino domi, germ. zu Hause respondens.

3) *Dativum* et *Localem* in *ovi* tantum animatis proprium respuunt: *Boh, človek, duch* et *pán* aliis nominibus praefixum: Bohu, človeku, duchu; pánu Bohu, pánu súsedovi; secus pánovi.

3) Ante *e Vocativi d, l, n, t* apud nos molliter apud Čechos dure sonant; had hade, sad sade, vól vole, pán pane, prst digitus prste; *r* in *animatis* Čechi mutant in *ř:* bratr bratře, kmotr kmotře, in *inanimatis* et *peregrinis* non: dar dare, doktor doktore. Gutturales *h, ch, k* tantum in: Boh, duch, človek transformantur: Bože, duše, človeče; alia enim gutturalibus clausa *u* recipiunt l. *e:* vrah vrahu, prach prachu, Čech Čechu, vlk vlku. Syn filius habet semper *synu*, nunquam *syne*.

4) Gutturalibus terminatae voces, nec non ľud populus loco *e* (= čech. *e* post sibilantes et *l, r, j; ě* vero post reliquas omnes)

Localis plerisque inanimatis proprii habent *u:* bok v boku in latere, prach po prachu, kruh v kruhu; ĺud v ĺudu. Locales Bohemis usitati: v *roce* in anno, v *potoce* in fluvio, v *košiše* aliique pauci transformatione gutturalium in respondentes sibilantes ante *e* olim *ie* obtinente sunt orti. Apud nos *d*, *l*, *n*, *t*, apud Čechos *d*, *n*, *t* ante *e* Loc. emolliuntur, *r* praeterea abit in *ř*, e. g. v sude, pri kostole, vo mlyne, na svete, čech. sudě, kostelě, mlýně, světě; dvůr na dvoře. Nomina festorum Locali inanimatorum gaudent, e. g. po svatom Jáne, Pavle, Jakube, čech. po svatém Janě, Pavle, Jakubě post festum vel diem s. Joannis, Pauli, Jacobi; secus, si de persona sancti sermo sit, *ovi* est in usu, e. g. o sv. Jánovi, Pavlovi de s. Joanne, Paulo etc.

5) Quidam Bernolakianorum vere slovenico *I. sing.* in *om* substituerunt čechicum *em*, contra mentem utique magistri docentis: „Instrumentalis semper exit in *om*. Bohemis terminatio *em* non invidenda placet" (Gramm. slav. p. 34.).

6) *N. pluralis* animatorum de regula exit in *i*, ante quod *d*, *l*, *n*, *t* emolliuntur; *h*, *ch*, *k* transformantur in *z*, *s* (apud Čechos in *š*) et *c* (§. 10. B); et čech. *r* abit in *ř*: židi, páni, čerti, Česi, leňosi (čech. Češi, lenoši) vojáci, Turci a sing. žid Judaeus, pán, čert, Čech, leňoch, voják, Turek; bratři, Uhři a bratr, Uher. Impersonalia apud nos suffixo *i* (sit venia verbo) personificantur: hadi, orli, barani, chrti; ptáci, chrobáci a sing. had, orol, baran, chrt vertagus, pták, chrobák vermis. Extra casum personificationis, qui, ut per se patet, rarus est, inanimatorum suffixum *y* assumunt, ante quod nulla mutatio obtinet: hady, orly, barany, chrty, ptáky, chrobáky, pstruhy. *Vlk* tamen semper habet *vlci*. — Suffixum longius *ovie* vel *ovia*, čech. et bern. *ové*, quod Bohemi promiscue etiam inanimatis tribuunt (: činové, divové, hříchové l. činy, divy, hříchy), Slovenus aspernatur: a) in personalibus *ík* vel *ik*, et *ák* terminatis, e. g. úradník, zahradník, voják, sedliak etc. dicitque simpliciter: úradníci, zahradníci, vojáci; b) in inanimatis, quibus semper *y* tribuit, e. g. zázraky miracula, oblaky nubes et c) in impersonalibus, quae, si opus est, ope *i* personificantur. Nec in nominibus gentium amat Slovenus *ové*, sed *i:* Francúzi, Srbi, Rusi, Vlasi vel Taliani, Bavori, Prusi etc. *Syn* econtrario et desinentia in *h*, *a* ac *o* exclusive sibi vindicant *ovie:* synovie, vrahovie, bohovie, sluhovie,

dedovie a sing. vrah, Boh, sluha, dedo. — Suffixum brevius *ie* vel *ia*, čech. bern. *é* quaepiam personalia in *an* et *d* exeuntia assumunt, e. g. Slovanie, Moravanie, súsedie etc. čech. et bern. Slované, Moravané, sousedé — súsedé. Melius tamen sonat hic quoque purum *i:* Slovani, Moravani, súsedi. Čechi etiam post *l* amant *é:* andělé, apoštolé, manželé Eheleute, ob distinctionem a manželové Ehemänner.

7) Prisci *G. pl.* aequalis N. singulari unicum superest exemplum in phrasi: *do tých čás* vel *čias* usque ad hoc tempus, loco *časov.*

8) *Acc. plur.* personalium apud nos aequatur Genitivo, apud Čechos exit in *y*, e. g. Slovákov, nájemníkov, čech. Slováky Slovacos, nájemníky operarios; impersonalium vero et omnium inanimatorum aequatur Nom. desinenti in *y*. (Cfer Syntaxim Gen.)

9) *L. plur.* in *iech* pro usitatiori *och*, cujus exempla legi in Větin: casiech, rociech (pag. 82.), hlasiech (pag. 145.) etc. proxime accedit ad čechicum in *ích*, ante quod *h* in *z*, *ch* in *š*, *k* in *c*, *r* in *ř* abit, e. g. v dluzích, hříších, rocích, bratřích a sing. dluh, hřích, rok, bratr, slov. dlhoch, hriechoch, rokoch, bratoch. Post *d*, *n*, *t* Čechi semper ponunt *ech* l. *ích:* v pádech, pánech, prstech.

10) *Instr.* in *y*, quem in Náuka frustra quaereres, in ore populi, ut popularia carmina testantur, frequens est, praecipue, ubi instrumentalis adjectivi, pronominis aut numeralis jam praecessit, e. g. s peknými chlapy cum pulchris viris, s tými pány cum his dominis, s piatimi súsedy cum quinque vicinis; secus evitandae ambiguitatis causa longiora suffixa *ami* et *mi* praeferuntur, e. g. zubami, zubmi, rohami vel rohmi etc. Štúr ejusque asseclae, ne scio, quibus rationibus nixi, *amí*, *mí* loco *ami*, *mi* scripserunt.

Declinatio mollium:

Sing. III.	čech.	IV.	čech.	Plur. III.	čech.	IV.	čech.
N. muž		meč		muž-*i*		meč-*e*	
G. muž-*a*	-*e*	meč-*a*	-*e*	muž-*ov*	-*ů* v. *ův*	meč-*ov*	-*ů* v. *ův*
D. muž-*ovi*-*i*	v. *ovi*	meč-*u*	-*i*	muž-*om*	-*ům*	meč-*om*	-*ům*
A. muž-*a*	-*e*	meč		muž-*ov*	-*e*	meč-*e*	
V. muž-*u*	-*i*	meč-*u*	-*i*	muž-*i*		meč-*e*	
L. muž-*ovi*-*i*	v. *ovi*	meč-*i*		muž-*och*	-*ích*	meč-*och*	-*ích*
I. muž-*om*	-*em*	meč-*om*	-*em*.	muž-*mi*	-*i* v. *mi*.	meč-*mi*	-*i* v. *mi*.

Hoc modo declinantur: omnia masc. g. mollibus: *č, š, ž, ď,* ĺ, *ň, ť* (demto *počeť*), *j*, medio *c*, čech. *l* (correspondente nostro ĺ) et *ř* terminata; nec non čech. *peníz, vítěz, kněz* et slov. *peniaz*. Exempla sunt in promptu. Nostro autem ĺ correspondet čech. *l:* a) in omnibus verbalibus ope *eĺ* formatis, uti priateĺ, ctiteĺ, krstiteĺ baptista etc. čech. přítel, ctitel, křtitel; b) in cieĺ scopus, čmeĺ fucus, chmeĺ lupulus, ďateĺ Specht diversum a dateĺ dator, dýĺ tygnus, kašeĺ tussis, kúkoĺ, korbeĺ poculum ligneum, kráĺ, krdeĺ agmen, motýĺ papilio, orteĺ Urtheil, pyteĺ Beutel, sopeĺ mucus, šindeĺ scandula, topoĺ populus, uheĺ carbo, zreteĺ obtutus etc. čech. cíl, čmel, chmel, datel, kašel, koukol etc. zřetel. Haec et pleraque alia Slovenis haud usitata, uti chramostýl, svízel, trupel, věrtel aliaque a Dobrovskyo (Lehrgeb. d. böhm. Spr. p. 167.) adlata Čechi mollium instar inflectunt: G. *cíle, čmele* D. *cíli, čmeli* et s. p. vůl, kůl aliaque e contrario modo durorum: G. *vola, kolu*; D. *volu, kolu* et s. p. sicve praxi confutant, quod in theoria docent: literam *l* nempe nonnisi mollem esse. (Cfer §. 3. 4.) Praeterea Čechi: mozol, chřaštal Wiesenschnarrer, bol, okál, nosál non secus, ac complura in *en* exeuntia, uti křemen silex, kámen, jelen et nomina omnium mensium in *en:* duben, březen etc. medvěd aliaque durorum instar declinant, quamvis nostris molli ĺ, *ň* et *ď* distinctis: mozoĺ, chrášteĺ, bóĺ, okáĺ, nosáĺ; kremeň, kameň, jeleň; dubeň, brezeň, medveď correspondeant.

Notanda de casibus:

1) In *G. sing.* unicum *plač* fletus habet *u* l. *a:* plaču.

2) Prisci *A. sing.* animatorum aequalis Nominativo unicum novi exemplum in phrasi: isť za *muž* l. *muža* nubere (Nár. Zp. I. 214, 216 etc.).

3) *V. singularem* more vslovenico exire in *u*, e vulgo nota cantilena: *šuhaju, šuhaju!* čerti ťa tulajú et s. p. aliisque a Kollario editis clare patet. In *ec* exeuntia excipiuntur habentque semper *e* l. *u*, ante quod *c* abit in *č*: otec ot*če*, chlapec chlap*če* (§. 11. A. 1. c).

4) *Kôň* equus et complura impersonalia in *L. sing.* pro *ovi* personalium adhibent inanimatis proprium *i:* na koni, na sršni, po medvedi etc. *Deň* dies in adverbio *vodne*, čech. *vedne* de die recedit a regulari L. in *i*, quem secus observat, e. g. v prvom *dni*

prima die etc. Tyrnavienses more malorussico etiam in duras *s, z, l* etc. exeuntibus *i* suffigunt l. *e:* v *časi* in tempore, po rozka*zi* post mandatum, v smys*li* in sensu, uti *meči* (Vudce z Trn. č. 4 etc.) l. ca*se*, rozka*ze*, smys*le* et vice versa in N. pl. *e* l. *y* seu *i: čase*, rozka*ze*, smys*le* uti *meče* l. ča*sy*, rozka*zy*, smys*ly*.

5) *N. pluralis* personalium de regula exit in *i:* králi, chlapci, zváči, šuhaji, zlodeji etc. Ferunt tamen complura etiam longius suffixum *ovie* vel *ovia*, uti kráľovie, mužovie, strycovie, dedičovie etc. demtis ceteroquin impersonalibus et inanimatis, quae *ovie* apud nos nunquam, apud Čechos saepissime (e. g. koňové, dňové, mečové) recipiunt (Cfer supradicta sub 6). *Otec* et *rodič* parens habent semper nonnisi: otcovie, rodičovie, nunquam *i;* verbalia in *eľ* apud Čechos semper *é* l. *i,* apud nos promiscue *ie* vel *ia* et *i* assumunt: cti'elé, kazatelé; přítel et nepřítel habent plane recepto primitivo *a:* přátelé, nepřátelé, slov. ctiteli et ctitelie vel *-ia* etc. *Hosť* et *zať*, čech. *zeť* gener apud nos omnia tria suffixa ferunt: hosti, hostie, hosťovie etc. Impers. et inanimata semper exeunt in *e*, čech. *ě* post *ď, ň, ť; e* post reliquas molles: kone, ďatle, sršne, vrabce; biče, plášte, plamene etc. *Krále* apud nos significat reges in chartifoliis, *tri krále* est festum trium regum; *července* a *červenec*, quod in sing. mensem *Julium* denotat, nobis est id, quod Germanis *Kupfergeld*, Čechis *měďáky* a *měď* cuprum, lat. moneta cuprea; *nože* a sing. *nôž* et cultros et instrumentum, quo caules concidi solent, denotat. *Deň* l. *e* amat *i*: štyri *dni* loco *dne* quatuor dies; *týždeň*, (in quo apud Čechos pars quoque determinans *ty* declinatur, v. g. in G. *tého*-dne, L. v *tém*-dni) habet regulariter: *týždne* vel expuncto *ž* *týdne*.

6) *Hosť, kôň* et *peniaz* in *G. plur.* desinunt in *í* l. *ov*: hostí, koní, peňazí. Cfer polon. pieniędzy. Suffixum *í* G. plur. et *i* L. sing. est residuum declinationis foemininae masculinorum, cujus ad initium §. curr. memini. Čechica *peníz, přítel, nepřítel, tisíc* mille habent in G. et peněz, přátel, nepřátel, tisíc et penízů, přátelů, tisícův regulariter.

7) *A. plur.* personalium apud nos = G. uti in declinatione durorum; apud Čechos exit in *e*, demto irregulari *přátely, nepřátely* l. přítele, nepřítele uti *muže*.

8) *I. pluralem* in *i* Čechis promiscue cum *mi* usitatum apud nos tantum in *ec* exeuntia ferunt, uti s chlapci, s vrabci etc. quae

porro, si perspicuitatis causa in longiorem I. poni debeant, ex euphonica ratione l. *mi* durorum instar *ami* postulant: s chlapcami, s vrabcami l. s chlapcmi, vrabcmi, quod dure sonat. In quibusdam oris ad analogiam in *ec* desinentium pessime dicitur e. g. so Slováci, s vojáci l. so Slovák*y*, s voják*y*; durâ enim consonâ clausa modo durorum flectenda sunt.

Anomala declinationis masculinae sunt: 1) *Človek* homo, quod pluralem suum a themate *ĺud* populus ita prorsus mutuatur, ut germ. *Mensch* ab obsoleto *Leut*, quod a nostro *ĺud* parum differt: N. V. *ĺudie* vel *-ia*, vslov. *liudije*, bern. *ĺudé* l. regularis *ĺuďé*, čech. *lidé*; G. *ĺudí*, č. *lidí*, D. *ĺuďom*, č. *lidem*, A. *ĺudí* č. *lidi*, L. *ĺuďoch*, č. *lidech*, I. *ĺuďmi*, čech. *lidmi*. 2) Masculina *a* et *o* terminata, de quibus paulo post recurret sermo.

B) *Declinatio foemininorum.*

In declinatione hac nulla habetur ratio discriminis *animata* inter et *inanimata*, verum terminationis tantum, quo respectu quatuor ejus paradigmata statuo: I. *ryba* piscis, II. *vóňa*, čech. *vůně* odor, III. *krv*, čech. *krev* sanguis et IV. *kosť* os, G. ossis.

Declinatio durorum et mollium.

Sing.	I.	čech.	II.	čech.	Plur. I.	čech.	II.	čech.
N.	ryb-*a*		vóň-*a*	-*ě*	ryb-*y*		vón-*e*	-*ě*
G.	ryb-*y*		vón-*e*	-*ě*	rýb	ryb	vóň	vůň
D.	ryb-*e*	-*ě*	vón-*i*		ryb-*ám*		vóň-*am*	-*ím*
A.	ryb-*u*		vóň-*u*	-*i*	ryb-*y*		vón-*e*	-*ě*
V.	ryb-*o*		vóň-*o*	-*ě*	ryb-*y*		vón-*e*	-*ě*
L.	ryb-*e*	-*ě*	vón-*i*		ryb-*ách*		vóň-*ach*	-*ích*
I.	ryb-*ou*.		vóň-*ou*	-*í*.	ryb-*ami*.		vóň-*ami*	-*ími*.

Ad p. I. seu *durorum* spectant: 1) omnia f. g. tum slavica cum peregrina designantia in *a* cum praecedente consona dura: *b, d, f, g, h, ch, k* etc. uti haňba, brada, striga, noha aliaque; Amerika, Afrika, Europa etc. 2) *Pluralia* f. g. in *y*: Uhry, Čechy, máry, vidly, vážky, otruby etc. 3) Masculina in *a* et *o* cum praemissa consona aeque dura, uti sluha, vojvoda, vladyka, predstata; husita, levíta; Žižka, Jiskra, Hatala, Štrba, Matúška (cognomina); žalmista psalmista, trapista, evanjelista; tato, tatko, čech. tata, Otto, Sámo; demtis tamen iis, quibus *o* euphoniae causa tantum adjectum est, uti in *dedo* collato cum čech. *děd*, *Jano* coll. cum *Ján* etc. Haec

enim inflectuntur uti *chlap:* G. A. deda, Jana; V. = N. et s. p. Priora vero in G. A. et V. sing. flectuntur ut *ryba,* e. g. sluha, G. sluh*y*, A. sluh*u*, V. sluh*o* (demtis cognominibus, quorum V. = N.); in reliquis vero casibus sing. et per integrum pluralem uti *chlap,* e. g. D. L. sluh*ovi,* I. sluh*om*, pro quo in oris Tyrnaviensibus ipsemet audivi legique in avio duce Tyrn. (Vudce z Trn. Nro 4. p. 14.) *sluhú* uti *rybú* l. nostri *rybou*, imo et in Gramm. slav. Bernolákii (p. 216): pod *šelmú* l. *šelmom* a *šelma* lurco. In N. et V. pl. desinentia in *ita* et *ista* praeter *ovie,* quod reliqua m. g. in *a* et *o* unicum admittunt, etiam *i* (apud Čechos *é*) recipiunt, e. g. husiti, leviti, evanjelisti, čech. husité, levité, evanjelisté.

Ad II. p. seu *mollium* pertinent: 1) omnia f. g. mollibus syllabis: *ĺa, ňa, ča, ša ža, ja, ca* et *dza* correspondentibusque čech. *le, ně, če, še, že, je, ce, ze* clausa, uti hoĺa alpes, homoĺa, hrobĺa, guĺa, chvíĺa, kratochvíĺa, košeĺa, míĺa Meile, nedeĺa, raĺa fundus, roĺa ager, vóĺa voluntas aliaque §. 17. A. 1) adducta; čechica in *ře* et corr. slovenica in *ra,* uti *večeře* coena, *bouře*, *záře* slov. večera, búra, žára, denique čech. *země, koupě, krmě* et, si quae sunt, alia; slov. *kúpa, krma* ad *ryba, zem* vero ad *krv* spectat. 2) Per grina in *ia,* čech. *ie* et *ea:* Azia Azie, Maria Marie, historia historie; Galilea etc. 3) *Pluralia* f. g. in *ce:* hromnice, letnice, Čachtice, Bojnice etc. Denique 4) masculina in *ca,* čech. *ce, ča, dža, ĺo, ňo, ťo, šo, žo* exeuntia, uti správca director, zradca proditor, čech. správce, zrádce et similia; bača, Hodža, chmuĺo, truĺo, chruňo, Maťo, Mišo, Jožo aliaque vulgaria in sing. G. správ*ce,* ba*če;* et A. správ*cu,* ba*ču;* V. desinentium in *ca* est apud nos *e,* ante quod *c* in *č* mutatur: správ*če,* zrád*če* quasi a sprav*ec*, zrad*ec* apud Čechos aequatur N. Reliquorum apud nos quoque V. = N. In D. L. et I. sing. nec non in plurali flectuntur omnia uti *muž* praeter N. et V. plur. qui semper est *ovie* vel *ovia:* bačovie, správcovie chruňovie etc.

Nota. Masculinorum *a* et *o* terminatorum foemininalem declinationem praeferendam esse masculinae, et potior usus loquendi et analogia reliquarum slav. dialectorum, nominatim: *vslovenicae* (Glagolita Closianus, p. 56), *včechicae* (Úv. k Výb. p. 37.); *illyricae* (Berlič, p. 57.), *polonicae* (Smith, p. 32.) aliarumque suadet et urget. Štúr ejusque asseclae tantum A. foemininum

adhibuere, cui aequarunt Genitivum, verosimillime nota illa regulâ seducti, vi cujus animatorum G. = A.

Notanda de casibus:

1) Ante *e* olim *ie D.* et *L.* sing. *d, l, n, t* et apud nos et Čechos sonant *ď, ľ, ň, ť:* brade, stodole, bráne, neveste, čech. bradě, stodole, bráně, nevěstě; gutturales*: h, ch, k, g* (čech. *h*) quidam Slovenorum more čechico transformant in *z, s* (č. *š*), *c, dz* (č. *z*)*:* noha noze, mucha muse (č. moucha mouše), ruka ruce, striga stridze (č. stříha stříze), reliqui Sloveni neglecta transformatione dicunt: nohe, muche, ruke, strige. Neglectum hunc recte explicat Šafarík scribens: „Vocalis *ě* seu cyrillicum *jať (ie)*, quae nunc pro molli habetur, orta est e diphthongo *ai:* uti v. g. e vslov. *cěsar* collato cum *Kaisar, Caesar,* e *věra*, *chlěb, měna* collatis cum antiquioribus *vaira, chlaib, maina* patet (Cfer gram. hujus §. 2. *Nota*). Hinc, ait porro idem, in russica et hungaroslovenica lingua gutturales *h, ch, k* quasi ante *a* stantes, non transformantur: rus. *rukě, nogě,* slov. *ruke, nohe* etc.“ (Úv. k Výb. p. 11.)

2) *I. sing.* in *om* pro *ou:* ryb*om* ruk*om* Arvensibus Slovacis et Illyris usitatus proxime accedit ad vslovenicum et polon. in *ą* seu *on:* ryb-*oją*, rąk-*oją*, pol. rybą, ręką, pro quo Bernolák, pronunciationem Tyrnaviensium et Nitriensium secutus, ita prorsus consequenterve putavit adhibendum: rib-*ú* ruk-*ú*, sicut pro vslov. et pol. sąd, kąt, sąsied etc. *súd, kút, súsed,* nasali nempe *ą* substituendo *ú.*

3) *G. pl.* apud nos a N. sing. abjecta foeminina termination- productisque brevibus *a, e, i, o, u, y* in *á, é* vel *ie, í, ó, ú, ý* deducitur, e. g. strán, strél v. striel, píl, nóh, rúk, rýb; košéľ v. košieľ, rohóž, kalúž etc. a strana, strela sagitta, pila, noha, ruka, ryba; košeľa, rohoža, kaluža; formationi huic conformiter semivocales quosque *l* et *r* producuntur: slz, blch, srn, mrv *) a slza, blcha, srna, mrva (Cfer §. 2. 2); praecedente attamen longa productio ultimae tenore legis fundamentalis §. 13. A. 1) propositae negligitur, e. g. zástav, priekop a zástava, priekopa etc. Idem valet de iis, in quibus penultima *positione* est longa: krivda krivd, haňba haňb, hrozba hrozb etc. In čech. dialecto nulla productio

*) In adlatis aliisque similibus exemplis ob defectum typorum longum *l* et *r* exprimentium breve *l* et *r* positum stat.

fit diciturque simpliciter: ruk, noh, ryb etc. quin imo e contrario longae *á, í* et *ou* in hoc casu non secus, ac in I. sing. D. L. et I. pl. corripiuntur in *a, i* v. *ě* et *u,* e. g. N. brána, díra foramen, žíla, moucha; sing. I. bránou, děrou, žilou, muchou; pl. G. bran, děr, žil, much, D. branám, děrám, žilám, muchám etc. (Cfer §. 13. A. 2 b). Porro, si abjecta foem. terminatione *a* duae aut plures consonae sine vocali pronunciatu difficiles concurrant, apud nos *é*, vel *ie* (ante quod *d, l, n, t* in unico hocce casu non emolliuntur), praecedente vero longa interseritur *o*, apud Bernolákium et Čechos *e,* e. g. sestér vel sest*ie*r, maték vel mat*ie*k; zám*o*k, čár*o*k, bern. et čech. sest*e*r, mat*e*k, zám*e*k, čár*e*k a sestra, matka, zámka sera, čárka Strichlein. Ubi nam intersertio haec obtineat, ex usu est discendum, e. g. izb, hrozb, haňb, prosb, krivd, vražd, škvrn, hviezd, cest, poct, vln et similia Slovenus facile effert, non item: modl, ihl, desk, triesk, pro quibus intersertione facta dicit: modiel, ihiel, desok, triesok, čech. model, jehel, desek, třísek. Quaedam bisyllaba mollis terminationis in G. pl. *í* recipiunt, uti väží, koží, duší, čech. zemí etc. In *ca* et pluralia in *ce* nunquam assumunt *í:* oviec, sviec, plác, prác, letníc, hromníc, Kosíc etc. ab ovca, svieca etc. *Tma* tenebrae, quamvis durâ terminetur, tamen habet *tmí.* Honthenses foemininis non raro pessime suffigunt masculinum *ov:* mhlov, hrov, slzov, knihov etc. pro mhiel, hier, slz, kníh, čech. mhel, her, slzí, kněh a mhla, hra etc.

4) In D. et L. *á* suffixi legi §. 13. A. 1) propositae conformiter praecedente longa corripitur, e. g. bránam, bránach; dieram, dierach; mládzam, mládzach; prácam, prácach etc. In čechica contrarium observari Nro 3) dictum est. Mollibus terminata etiam secus rectius flectuntur ope brevium suffixorum: ulicam, ulicach; ovcam, ovcach etc.

Ruka et *noha* hodiedum sequenti gaudent *duali:*

N. A. V. *ruce, (noze* obsol.).

G. L. *rukú, nohú,* čech. *rukou, nohou.*

D. I. *rukama, nohama* vel *rukáma, noháma.*

I. dualis etiam in aliis vocibus auditur, e. g. za *horáma,* za *vodáma,* vadne láska medzi *nama.* Quidam Bernolakianorum in I. *ami* et *ama* promiscue adhibent, quod nullatenus probari potest.

Anomala hujus declinationis sunt: *kráľovna, gazdina, strina* et similia, quae apud nos in G. D. et L. sing. ad normam adje-

ctivorum indef. admittunt etiam *ej: kráľovnej;* in N. A. et V. plur. vero *e: kráľovne* etc. Flexio tamen pure substantivalis praeferenda est.

Declinatio III. et IV. paradigmatis.

Sing.	III.	čech.	IV.	čech.	Pl. III. čech.	IV. čech.
N. A. V.	krv		kosť		krv-*e*	kost-*i*
G.	krv-*e*		kost-*i*		krv-*í*	kost-*í*
D.	krv-*i*		kost-*i*		krv-*am* -*ím*	kosť-*am* -*em*
L.	krv-*i*		kost-*i*		krv-*ach* -*ích*	kosť-*ach* -*ech*
I.	krv-*ou* -*í*.		kosť-*ou* -*í*.		krv-*ami* -*emi*.	kosť-*mi*.

Ad III. p. spectant: 1) desinentia in *v:* cirkev, mrkev, kotev, panev, čech. větev, korouhev; in *m:* unicum zem; omnia in *ň* et *eň:* daň, žeň, bázeň, povodeň, Viedeň, priazeň, pleseň etc. in *eľ, eš, šť, ež* et *aj*, čech. *ej:* kúdeľ, posteľ, oceľ, myseľ (čech. *mysl* spectat ad *kosť*), čech. prdel, koupel (nostrum *kúpeľ* est masc. g. spectatque ad *meč*); peleš, faleš (demto *veš*, quod ad *kosť* spectat), rozkoš; húšť, púšť, Pešť Pestinum; mládež, krádež, lúpež; koľaj, obyčaj, obličaj, kročaj et zbroj. E desinentibus in *č: obruč* et čech. *kleč;* e *c: obec* et čech. *klec;* adde omnia apocopata čechica, uti hráz, mez, stráž, tíž, skrýš, stráň etc. l. hráze, meze, stráže, tíže, skrýše, stráně. 2) *Pluralia* f. g. in *e*: husle, hrable, konope, jasle, dvere, kliešte, prse pectus, sane.

Ad IV. pertinent omnia reliqua f. g. mollibus: *ď, ť, sť, č, š, ž*, ľ, mediis *c, s, z;* durisque *r* et *dz* clausa, uti loď, meď, piaď, spoveď etc. niť, obeť, pečať etc. česť, vlasť, milosť etc. reč, tlč, žlč; veš, myš; kolomaž, mosadz, čech. kolomaz, mosaz, rez aerugo; soľ, čech. sůl, hůl, běl et mysl; ves, os, hus; pec, vec, noc, moc et comp. nemoc, pomoc; jar, tvár, čech. jař, tvář, zděř, zběř, zvěř; nostrum *zver* est masc. g. spectatque ad *chlap.*

Ex adlatis exemplis ipse vides, difficile esse determinatu: quid proprie ad *krv*, quidve ad *kosť* spectet. Cujus rei causa abs dubio in exigua differentia flexionis nominum ad laudata paradigmata spectantium quaerenda est.

Notanda de casibus:

Observanda: 1) In čech. et bern. declinatione durorum consona *j* pronominis demonstrantis cum praecedentibus vocalibus ceu suffixis casuum adjectivi indef. ubique ejicitur et in compensationem ejectarum literarum vocalis consonam *j* immediate subsequens tenore legis notissimae: „*contractio facit longam*“ producitur. Contractionem hanc vel, si dicere malis, ejectionem certis et fixis regulis subesse, ex aliis phoenomenis elucet. Sic, ut rem exemplis illustrem, e *dobr(aj)a* eodem modo fit *dobr-á*, quo ex antiquioribus: *k(aj)azeň*, *b(oj)azeň*, *k(aj)ati se* poenitere, *b(oj)ati se* timere etc. recentiora: *kázeň*, *bázeň*, *káti*, *báti se*; e *dobr(oj)e* dobr-*é* sicut e *v(oj)evoda*, *m(oj)e*, *tv(oj)e*, *sv(oj)e* vévoda, m-*é*, tv-*é*, sv-*é*; e *dobr(aj)eho*, *dobr(uj)emu*, *dobr(yj)e* etc. dobr-*ého*, dobr-*ému*, dobr-*é* sicut e *m(oj)eho*, *m(oj)emu*, *m(oj)e* m-*ého*, m-*ému*, m-*é* etsp. (Úv. k Výb. p. 16.) Štúriana declinatio e contrario prorsus inconsequenter evoluta est, in qua nimirum jam ejicitur *j* cum praemissa vocali uti in dobr-*á* e *dobr(aj)a*; dobr-*ej* e *dobr(yj)ej* et *dobr(ěj)ej*; jam non, ut in G. dobr-*jeho*, D. dobr-*jemu*, et N. pl. f. et n. g. dobr-*je* e *dobr(aj)eho*, *dobr(uj)emu*, *dobr(yj)e*.

dobr(aj)e; in N. singul. n. g. denique *oje* plane in *uo* detortum conspicitur: dobr-*uo* l. dobr-*é* e *dobr(oj)e.* Similis mutationis in universa slovenica nullum aliud superest exemplum. Ex his collatis cum §. 32. B. 2) patet: a) declinationem bernolakianam durorum merito praeferri štúrianae; b) neutrum in *uo* l. *é* §. 14. 1) recte vocari *anorganicum*, circa cujus genesim *Hodža* ipse in dubio versatur interrogans: „Unde nam revera istud *uo* in adjectivis?" (Epig. slov. p. 53. sub *); c) errare *Hodža*-ium l. cit. dicentem: neutrum in *é: dobr-é* pronius formari e ficto *dobre-je* quam e *dobro-je* in cyrillica olim et russica hodiedum vigente genesique adjectivorum defin. apprime conformi.

2) In declinatione defin. adjectivorum penultimae longae, uti *krásny, a, e; ptáči, a, e* etc. suffixa casuum, demto Instr. sing. f. g. in *ou;* tenore legis §. 13. A. 1) propositae in slovenica nostra corripiuntur (non item in bern. et čech. dialecto): *ého, ému* et *ieho, iemu* in *eho, emu; ú* et *iu* in *u; é* et *ie* in *e; ým* et *ím* in *ym* et *im* etc. e. g. krásn-*eho, -emu, -u, -ym, -e;* ptáč-*eho, -emu, -u, -im, -e.* Ante *e* suffixorum in flexione durorum *d, l, n, t* dure sonare, §. 11. C) monui. — Loco *ého, ému; ieho, iemu* vel *eho, emu* Zolienses usitant: *ýho, ýmu; ího, ímu* vel *yho, ymu; iho, imu:* dobr-*ýho, -ýmu*, krásn-*yho, -ymu;* milš-*ího, -ímu*, ptáč-*iho, -imu.* Reliqui Sloveni tantum cognomina adjectivalia *mollis* praecipue terminationis *ni* et *ci* et *durae* demtis in *ský* et *cký* desinentibus, hoc modo declinant: Smrečáni, Smrečán-*iho, -imu*; Miškolci, *-ího, -ímu;* Sitkey, Sitke-*ýho, -ýmu;* Stáray, Stára*ýho, -ýmu* etc. — Bernolák ex iniquo et injusto odio, quo erga diphthongos ferebatur, def. adjectiva mollis terminationis eodem prorsus modo declinavit, quo duris clausa, e. g. bož-*ého, -ému, -ú, -é* etc. uti dobr-*ého, -ému, -ú, -é.* Quidam asseclarum ejus vere slovenico L. in *om* substituerunt čechicum in *ém:* v dobr-*ém*, bož-*ém* l. dobr-*om*, bož-*om.*

3) In N. pl. m. g. Bohemi *h, ch, k, sk, ck, r, d, n, t* ante *í* mutant in *z, š, c, šť, čť, ř, ď, ň, ť*, e. g. nahý: nazí, mnohý: mnozí, suchý: suší, velký: velcí, panský: panští, český: čeští, katolický: katoličtí, dobrý: dobří etc. Sloveni tantum *d, l, n, t*, non tamen omnes, emolliunt: chudý: chudí, malý: malí, pekný: pekní, bohatý: bohatí. Pro N. A. V. n. g. in *á*, in čech. literaria lingua usitato, vulgus čech. jam ab aliquot saeculis more slovenico adhibet *é:* e. g. dobré slova l. dobrá slova. (Lehrg. d. böhm. Spr. p. 250): pro G.

D. et L. sing. f. g. in *é* vero, teste *Burián*-o, Slovenis proprium *éj:* *dobréj* consequenter evolutum e *dobr(yj)ej, dobr(èj)ej.*

Nota. Diphthongus *iu* in A. sing. foem. *mollium* et in D. sing. substantivorum n. g. ad III. parad. spectantium effertur fere, ut *ú:* *božú*, *umeňú* l. *božiu*, *umeniu* contractione ortorum e bož-*iju*, umen-*iju*. Adhibe, quod placet.

CAPUT IV.

De nomine numerali.

§. 37. *Conceptus et species.*

I. *Numeralia*, substantivis adjectivorum instar ad numerum aut copiam eorundem designandum praefixa, sunt: 1) *determinativa* (určujúce) seu exacte definitum numerum aut copiam objectorum indicantia, quae aut sunt: a) *cardinalia* (základné) ad quaestionem: *quot? (kolko?)* poni solita: *jeden* unus, *dva* duo, *tri* tria etc. aut b) *ordinalia* (riadové, čech. řádová) ad quaestionem: *quotus? (kolký?): prvý* primus, *druhý* secundus etc. 2) *Indeterminativa* (neurčujúce) indefinitum numerum unitatum exprimentia, uti *mnohý* multus, *všetek* vel *všecek* omnis etc.

II. Respectu formationis sunt: 1) *primitiva:* jeden, dva, tri etc. 2) *derivata:* prvý, druhý, tretí etc. 3) *composita:* jedenásť, dvacať; dvoj-násobný, dvo-jaký etc.

§. 38. *Determinativa.*

A) *Cardinalia* sunt sequentia: 1) *unitates:* jeden, jedna, jedno unus, a, um; dva duo, dve, čech. dvě duae; tri, čech. tři 3; štyri, čech. čtyři 4; päť, čech. pět, bern. pať 5; šesť 6; sedem, čech. sedm 7; osem, čech. osm 8; deväť, čech. devět, bern. ďevať 9; desať, čech. deset 10. 2) Numeri ab 11—19: jedenásť 11, dvanásť 12, trinásť 13, štrnásť 14, pätnásť 15, šestnásť 16, sedemnásť 17, osemnásť 18, devätnásť 19 contractione sunt orti e *jeden na desať*, unum supra decem, *dva na desať* duo supra decem etc. Bohemi *ásť* mutando in *áct* numerant: jedenáct, dvanáct etc. patnáct, devatenáct mutato *é* in *a* pro pětnáct, devětnáct. 3) *Decades* 20—90 constant unitatibus multiplicatis per *desať*: dva-desať, tri-desať. štyri-desať, ejecto *e* et mutato *ds* in *c:* dvacať 20, tricať 30, štyricať v. *meru* 40, čech. dvacet, třicet, čtyřicet. In pädesiat 50, šesdesiat 60,

sedemdesiat 70, osemdesiat 80, devädesiat 90, čech. padesát, šedesát, sedmdesát, osmdesát, devadesát *desat, desel* exiguam subit mutationem in *desiat*, čech. *desát*, bern. *ďesát:* paďesát, ďevaďesát. 4) Intermedii numeri 21—29, 31—39; etc. componuntur interserto *a* (et) inter unitates et decades: jeden a dvacať 21, dva a dvacať 22 etc. vel praemissa decade sine *a:* dvacať jeden, tricať dva 32 etsp. 5) *Sto* est centum, *tisíc* mille, *milion* millio. Loco slov. *dvesto* 200, *tristo* 300, *štyristo* 400, *pätsto* 500, *šeststo* 600 etc. dva,-tri,-štyri,-päť-tisíc duo, tria, quatuor, quinque millia etc. Čechi construendo dicunt: dvě *stě* (dualis), tři *sta,* čtyři *sta;* pět *set,* šest *set,* dva,-tři,-čtyři *tisíce*, pět *tisíc*, šest *tisíc* etsp. *Milion* etiam apud Slovenos construitur cum minoribus numeris, e. g. dva, tri, štyri *miliony;* päť, šesť, sedem *milionov*.

A cardinalibus praeter *ordinalia*, de quibus paulo post sermo erit, immediate deducuntur: a) *collectiva* (hromadné) et quidem: a *dva, oba* ambo, *tri* ope *oje*, a reliquis ope *oro,* čech. *ero:* dvoje, troje, štvoro, pätoro, šestoro, sedmoro, osmoro, devätoro, desatoro, jedenástoro etc. čech. čtvero, patero, šestero, sedmero, osmero, devatero, desatero, jedenáctero. b) *specialia* (druhové): dvojí, obojí, trojí, štvorý, pätorý etc. vel ope *aký:* dvojaký duplex, trojaký triplex, štvoraký quadruplex, pätoraký quintuplex; et c) *multiplicativa* (množivé) ope *násobný*: dvojnásobný duplus, trojnásobný triplus, štvornásobný quadruplus, pätornásobný quintuplus, Pro *jednonásobný* dicitur *jedno-duchý* simplus. A collectivis ope *ica* et *ka* substantiva quoque derivantur, uti *trojica* trinitas, *dvojka*, *trojka, štvorka, pätorka* etc.

B) *Ordinalia*, demtis: *prvý, á, é* vel *první, ia*, *ie* vel *prvší, ia, ie* primus; *druhý, á, é* secundus ab adverbio *prú* vel *prv* prius et substantivo *druh* socius deductis, a cardinalibus adjecta terminatione definita productisque brevibus: *ä* et *a* in *ia,* čech. et bern. *á; e* in *ie,* bern. *é; o* in *ó*, formantur, e. g. *tretí, ia, ie* tertius, štvrtý, á, é quartus; piaty, a, e quintus, šiesty sextus, siedmy septimus, ósmy octavus, deviaty nonus, desiaty decimus, jedenásty undecimus; dvaciaty vigesimus, triciaty, štyriciaty, pädesiaty etc. čech. třetí o. t. g. čtvrtý, pátý, šestý, sedmý, osmý, devátý, desátý, jedenáctý; dvacátý, třicátý, čtýřicátý, padesátý; bern. treťí, -ťá,-ťé; štvrtí, á, é; pátí, šéstí, sédmí, ósmí, ďevátí etc. Intermedi-

orum numerorum uterque recipit terminationem ordinalium, e. g. dvaciaty prvý, druhý, tretí vigesimus primus, secundus, tertius etc. Auditur tamen et *jeden* a dvaciaty, *tri* a dvaciaty etc. A *sto* et *tisíc* ordinale est: *stý, á, é; tisíci, a, e,* čech. *tisící* o. t. g.

Ab ordinalibus derivantur: 1) *substantiva* m. g. ope *ák: turák* a vslov. *vtoryj* secundus, *päťák, sedmák, osmák* nomina numorum; ope *ok: desiatok* decima, *útorok* dies Martis a *vtoryj; štvrtok* dies Jovis, *piatok* dies Veneris, čech. desátek, outerek, čtvrtek, pátek, hung. csütörtök, péntek; ope *ník* vel *nik: desiatnik* decurio et decenarius, *dvaciatnik* vigesimarius, *deviatnik* dominica septuagesimae, *stotník* centurio, *štvrtník* quadrans metretae etc. čech. desetník, dvacetník, devítník, setník; foeminina ope *ka: piatka, štvrtka* vel *štvrť* quadrans, *deviatka, desiatka* etc. čech. pětka, čtvrtka, devítka, desítka; ope *ička: sedmička, osmička;* ope *ina: tretina* tertia pars, *štvrtina* 4-ta pars, *piatina* 5-ta p. *šiestina* 6-ta p. *siedmina* 7-ma p. *ósmina* 8-va p. etc. čech. třetina, pětina, šestina, sedmina, osmina ad fractiones exprimendas adhiberi solita, e. g. *tri štvrtiny* tres quartae ($\frac{3}{4}$); *päť ósmin* quinque octavae ($\frac{5}{8}$). 2) Numeralia *partitiva* cum praemisso *pól*, štúr. *pou*, čech. *půl*, e. g. *pól druha* funta sesquilibra, *pól treťa* zlatého semitertius florenus, čech. půl *druhého,* půl *třetího; pól štvrta, pól piata, pól šiesta* zlatého, čech. půl čtvrta, páta, šesta semi-quartus, -quintus, -sextus florenus. Po *pól druhu, -treťu, -štvrtu, -piatu* zlatom a duobus, tribus, quatuor, quinque florenis et dimidio etc. *Pól druhéj, -tretej, -štvrtéj* etc., čech. *půl druhé, -třetí, -čtvrté* hodiny semi-altera, -tertia, -quarta hora. *Druha, treťa, štvrta* etc. sunt Genitivi sing. m. g. *druhu, treťu, štvrtu* vero Locales residui e declinatione ordinalium substantivali, de qua §. 36. A) disserui.

§. 39. Declinatio determinativorum.

I. *Cardinalia* diverso modo declinantur, et quidem 1) *jeden* apud Čechos ex integro ut *ten* (§. 28), apud nos vero ita: sing. A. m. *jeden*, f. *jednu*, n. *jedno;* pl. N. m. *jedni,* f. et n. *jedny* v. *jedne*, A. *jedny* v. *jedne* o. t. g. (In *jedne* litera *n* ante *e* non emollitur). In reliquis casibus ut *dobrý.* Štúr flexionem brevibus suffixis distinctam finxit: G. jedn-*eho*, D. jedn-*emu* etc. Pluralis *jedni* respondet latino *alii*, e. g. „*jedni* bdeli, *druhí* spali“ *alii* vigilarunt, alii dormiverunt. Indef. pronomen: *sám, sama, samo* in su-

pradictis casibus aeque brevia suffixa postulat, uti *jeden*, in reliquis vero apud Bohemos quoque flectitur ut *dobrý; samý, á, é* merus e contra ex integro ut *dobrý*.

2) *Dva* duo illique affine *oba* ambo sic declinatur, *duali* per naturam rei:

N. A. dva, oba,	f. et n. dve, obe,	čech. dvě, obě,
G. L. dvú, obú,	o. t. g.	„ dvou, obou,
D. I. dvoma, oboma,	o. t. g.	„ dvěma, oběma.

Pro *dvú, obú* Sloveni omnes et vulgus čech. adhibent pluralia: *dvoch, oboch* vel *dvúch, obúch*, čech. *dvouch, obouch*; pro D. duali *dvoma, oboma* pluralem: *dvom, obom* vel *dvúm, obúm*, čech. *dvoum, oboum*. — Sloveni praeterea de personalibus longiores formas N. *dvaja, obidvaja* v. *dvá, obidvá* usitant, e. g. *dvaja chlapi* duo viri; kolko chlapov tam bolo? quot viri fuerunt ibi? *Dvaja* duo, *obidvaja* ambo.

3) *Tri* et *štyri* Sloveni eodem modo inflectunt, Čechi aeque, demto Genitivo:

Pl. N. A. tri,	štyri,	čech.	tři,	čtyři,	f. et n.		čtyry,
G. troch,	štyroch,	„	tří,	čtyř,	„	„	čtyr,
D. trom,	štyrom,	„	třem,	čtyřem,	„	„	čtyrem,
L. troch,	štyroch,	„	třech,	čtyřech,	„	„	čtyrech,
I. tromi.	štyrmi.	„	třemi.	čtyřmi,	„	„	čtyrmi.

Pro G. *tří* Čechi quoque passim scribunt *třech* ut in L. Personalibus hic quoque longiores formae N. *traja* vel *trá; štyria* v. *štyrá;* čech. *tří, čtyří;* vslov. *trije, četyrije* praefiguntur. Pro *troch, trom, tromi* auditur et *trich, trim, trimi*; pro *tromi, štyrmi* vero *troma, štyrma* vel *štyroma*.

4) Numeri a *päť* usque *devädesiat deväť* (5—99) adjectivorum flexionem imitando in slovenica nostra secundum sequens schema declinantur: N. *piati*, G. A. L. *piatich*, D. *piatim*, I. *piatimi*. Accedentibus suffixis hujus flexionis: *i, ich, im, imi*, ut in formatione ordinalium, *ä* et *a* abit in *ia*: piati, deviati a *päť, deväť;* desiati, dvaciati etc. a *desať, dvacať; e* in *ie*, *o* in *ó:* šiesti, siedmi, ósmi a *šesť, sedem, osem*. In compositis sine *a* utraque, cum *a* posterior seu major pars declinatur, e. g. triciati šiesti, triciatich šiestich etc. *šesť* a triciati, *šesť* a triciatich. Usus numeralium sic inflexorum in syntaxi (§. 67.) definitur. Bohemi numeris a 5—99 et *tisíc*

in G. D. L. et I. suffigunt tantum *i: pěti, devíti, desíti, dvacíti* vel *dvaceti* etc. *tisíci.*

5) *Sto, tisíc* et *milion* spectata forma sunt substantiva declinanturque: *sto* ut *slovo:* G. *sta,* D. L. *stu,* I. *stom,* čech. *stem;* pl. N. A. V. *sta,* G. *(stov),* čech. *set,* D. *stám,* čech. *stům,* L. *stách,* čech. *stech,* I. *sty, stami; tisíc* ut *meč, milion* ut *dub,* atque sic declinata in singulari unum integrum, in plurali plura integra centum, mille aut millione partium constantia, singillatim sumta, denotant, e. g. šesť od *sta* 6 pro centum; tvoje *sta, tisíce, miliony* nežádam tua centena, millia, milliones non desidero. Duali N. et A. *stě* tantum Bohemi hodiedum utuntur in *dvě stě* ducenta. *Tisíc* substantivis numeratis praefixum declinatur ut *piati:* pl. N. *tisíci,* G. L. A. *tisícich,* D. *tisícim,* I. *tisícimi.*

6) *Collectiva* Sloveni non declinant; Bohemi in *ero* desinentia per quosdam casus tantum, e. g. in sing. A. foem. *čtveru;* in pl. N. A. f. g. *čtvery; patery* knihy Mojžišovy quinque libri Mojsis; in I. *čtvermi.* In neutro saepius cardinalium vices gerunt. Nom. *o; desatero* božích přikázání 10 praecepta Dei; G. *a: desatera,* D. L. *u: desateru.* In Instr. non mutantur, e. g. s *patero* pacholaty pro *s pěti* pacholaty cum quinque infantibus. — *Specialia:* dvojí, obojí, trojí Sloveni in m. et n. genere declinant: G. *obojího* e. g. *pohlavia* utriusque generis; D. *obojímu,* L. *obojom,* I. *obojím.* Reliqua specialia in *orý, orá, oré,* čech. *erý, á, é,* et *aký, á, é,* desinentia et *multiplicativa* flectuntur ex integro ut *dobrý.*

II. *Ordinalia* mollis terminationis: *první, ia, ie: prvší, ia, ie* et *tretí, ia, ie* declinantur ut *boží;* durae terminationis: *prvý, druhý, štvrtý, á, é* ut *dobrý.* Ordinalia a *piaty* usque *devädesiaty deviaty* et *tisíci* penultima longa sunt praedita et idcirco vi *Observ.* 2. ad §. 36. ope brevium suffixorum flectuntur, e. g. piaty, piata, piate; G. piat-*eho,* D. piat-*emu,* piat-*ej,* A. piat-*u* etc. čech. pátý, á, é; G. pátého, D. pátému, páté, A. pátou etc.

§. 40. *Indeterminativa.*

I. Alia *universalitatem,* alia *pluralitatem* exprimunt. Prioribus accensentur: *všetek,* všetka, všetko vel *všecek, a, o,* čech. *všecken,* všecka, všecko; *všechen,* všechna, všechno omnis. *celý,* á, é totus; adde quaepiam pronominum indef. (§. 31.), uti *každý,* á, é, *jedenkaždý,* jedna-každá, jedno-každé; *všelijaký,* á, é varius; *všeliký,*

á, é, *všelikerý, á, é* omnigenus; čech. *veškeren*, veškera, veškero universus et *negativum: žáden* nullus. *Pluralitem* designant: *mnohý*, á, é multus, *nekterý*, á, é; *kolký*, á, é; *tolký*, á, é; *nekolký*, á, é vel *dakolký etc.* (§. 31.)

II. Quoad *declinationem* nota sequentia: 1) *všetek* vel *všecek* et *všecken* v. *všechen* in N. et A. sing. et pl. brevia suffixa petunt:

Sing.

A. M.	všetek, všecek,	F. všetku, všecku,	N. všeťko, všecko.
čech.	všecken, všechen,	všecku, všechnu,	všecko, všechno.
Pl. N.	všetci, všecci,	všetky, všecky vel	všetke, všecke.
čech.	všickni, všichni,	všetky, všechny,	všecka, všechna.
A.	všetky, všecky vel	všetke, všecke,	o. t. g.
čech.	všecky, všechny,	všecky, všechny,	všecka, všechna.

In reliquis casibus Sloveni *všetek* et *všecek* flectunt ut *dobrý:* všetk-*ého*, všeck-*ého*, D. všetk-*ému*, všetk-*éj* etc. Bohemi a N. m. *veš* (obsol.), f. *vša* (obsol.), n. *vše* olim *veš, vsia, vsie* (Úv. k Výb. p. 81.) deductis casibus utuntur: G. m. et n. gen. *všeho*, D. *všemu*, L. *všem*, I. *vším*; in foem. gen. per omnes quatuor casus: *vší*. Pl. G. L. *všech*, D. *všem*, I. *všemi* p. o. t. g. 2) *Žáden, žádna, žádno* Sloveni declinant ut *jeden* ob praecedentem longam ope brevium suffixorum: žádn-*eho*, žádn-*emu*, -*ej* etc. cum duro *n* ante *e*; Bohemi suum *žádný, á, é* ex integro ut *dobrý*. 3) Compositi *jeden-každý* utraque pars declinatur: *jeden* ut *jeden* (in čechica ut *ten*), *každý* ut *dobrý:* G. jedn*ého*-každ*ého*, čech. jedn*oho*-každ*ého*, D. jedn*ému*-každ*ému*, čech. jedn*omu*-každ*ému* etc. 4) Čech. *veškeren* in N. et A. sing. et pl. spectat ad *všecken;* in reliquis casibus ad *dobrý:* G. vešker-*ého*, D. vešker-*ému*, -*é* etc. 5) Reliqua omnia flectuntur ut *dobrý*.

CAPUT V.

De verbo.

§. 41. *Conceptus et species verbi.*

Verbum seu pars orationis *vi enunciandi* praedita edicit, objectum (personam vel rem) in quopiam *statu* versari, *agere* aut *pati*, e. g. „človek *spí, bije, je chválený*" homo dormit, verberat, laudatur. Quodvis verbum (nec verbo *byť* esse excepto) naturâ sua conceptum praedicati exacte exprimit, e. g. Boh *je* Deus *est* scili-

cet *existens.* Verbum *byť* vicibus *logicae copulae* fungens, e. g. „Boh *je* láska" Deus est charitas, speciatim verbum *abstractum* vel *purum* (čisté sloveso) vocatur; reliqua omnia sunt verba *concreta* aut *mixta* (smiešané).

I. *Concreta* verba porro vel sunt: 1) *subjectiva* (podmetné), quae aut quietum statum subjecti, uti *spím* dormio, *ležím* jaceo, *sedím* sedeo; aut activitatem naturâ sua ad aliud objectum non se exerentem exprimunt, uti *bežím* curro, *letím* volo, *skáčem* salio; vel 2) *objectiva* (predmetné), quae activitatem subjecti ad aliud objectum se exerentem designant, e. g. *ľúbim knihy* amo libros, *bijem sluhu* verbero servum etc. Priora *intransitiva* (neprestupné v. neprechodné), posteriora *transitiva* (prestupné vel prechodné) recte vocantur, de quibus moneo porro: a) activítas verbo transitivo expressa vel *active* vel *passive* potest exhiberi. Si *subjectum* sententiae ceu *agens* sistatur, verbum in *forma activa* stat, e. g. *otec chváli* syna *pater* laudat filium; *matka bije* dcéru. Mutato vero *objecto patiente* in subjectum sententiae, verbum in *passiva* comparet *forma*, e. g. *syn* je od otca chválený filius a patre laudatur. b) Omne verbum *transitivum* est capax formae *passivae,* hacve sua indole characteristice, ut ajunt, differt ab *intransitivo*, quod semper sub *activa* nonnisi *forma* comparet, e. g. dieťa *spí,* kôň *beží.* c) *Activum* igitur et *passivum* non sunt duae diversae species verbi, verum duae diversae actionem proponendi formae, sub quibus verba *unius* speciei, *transitiva* nempe, adhiberi possunt solentque.

Peculiarem speciem transitivorum constituunt sic dicta verba *factitiva* v. *causativa*, quae non solum actionem ad objectum quodpiam patiens se exerentem; verum talem quoque actionem subjecti designant, per quam objectum e sua parte in activitatem verbo ipso expressam ponitur. In slavica et germ. lingua deducuntur ab aliis verbis ope *alternationis dynamicae* (§. 5. et 6.); in hungarica ope formativae: *tet, tat, te, ta* ortae e *ten*-ni facere (in perf. *tet*-tem feci)[1], quocum confer nostrum *die*-ť idem, e. g. *piť* trinken: *pojiť* tränken adaquare, hung. *inni: itatni; hniť* putrescere: *hnojiť* fimare; *sedieť* sitzen: *sadiť* setzen, hung. *ülni: ültetni; ležať* jacere liegen: po-*ložiť* legen, ponere, hung. *feküdni: fektetni* etc.

Medium transitiva inter et intransitiva verba locum tenent *reflexiva* (zvratné), quae subjectivam activitatem aut statum ita ex-

primunt, ut unum idemque objectum et ceu subjectum agens, et ceu objectum patiens compareat, e. g. *myť sa* lavare se, *učiť sa* discere, *hnevať sa* irasci etc. Quaepiam sine *sa* nec usitantur, uti *báť sa*, *stydiť sa* pudere, *diviť sa*, *čudovať sa* mirari, *radovať sa* gaudere, *smiať sa* ridere, *modliť sa* orare aliaque. A reflexivis quoad formam non differunt *reciproca* (vzájemné), quibus actio duorum aut plurium subjectorum in se invicem seu mutua designatur, e. g. *biť sa* certare, *vadiť sa* rixari, *hádať sa* disputare, *pasovať* vel *rvať sa* luctari etc. In hungarica et *reflexiva* et *reciproca* peculiari gaudent forma, e. g. *mos-da-ni* lavare se a *mosni* lavare, *ver-eked-ni* certare a *verni* verberare etc.

II. Ratione indolis subjecti verba sunt: 1) *personalia* (osobné) seu in omnibus tribus personis usitata, uti *robiť, myslеť* cogitare, *čítať* legere: *robím* laboro, *robíš* laboras, *robí* laborat etc. 2) *Impersonalia* (neosobné), quae tantum in 3. pers. sing. adhibentur, ad factum, eventum aut statum quempiam absque determinatione subjecti exprimendum, talia sunt: *prší* pluit, *hrmí* tonat, *blíská sa* fulgurat; *mrká sa* vesperascit, *svitá* lucescit. Adde phrases: zima je, teplo je, tma je, chladno je, vidno je, mokro je etc. germ. es ist kalt, warm, finster, kühl, hell, nass; spí sa, skáče sa, ľúbi sa, zdá sa etc. germ. es wird geschlafen, gesprungen; es gefällt, es scheint.

III. *Auxiliaria* (pomocné) verba in slovenica lingua usitatata alia sunt *temporis* alia *modi:* a) auxiliare *temporis* est: *byť* esse periphrasi temporis praeteriti et futuri nec non formae passivae deserviens, e. g. *pil som* bibi, *budem piť* bibam, *volaný som* vocor etc. b) Auxiliaria *modi* sunt: *móct* posse, *chceť* velle, *voleť* malle, *museť* debere, *mať* oportere, *smieť* audere, *ráčiť* dignari, *dať* curare et negative: *ne-móct* non posse, *ne-chceť* nolle etc. e. g. kdo *chce* zarobiť, *musí* robiť qui vult mereri, debet laborare; ptáky *móžu* lietať; *volím* spať malo dormire; deti *majú* byť poslušné proles oportet esse obedientes; *dám* si šaty ušiť curabo mihi vestes sui. Bohemi loco *dáti* in sensu curandi, jubendi non raro pessime (quia adversante genio universae slavicae) usitant *nechati* correspondens germanico *lassen*, e. g. *nechám* si knihu koupiti, germ. ich *werde* mir ein Buch kaufen *lassen; nechám* si chutnati! ich werde mir schmecken *lassen*.

IV. „Verbo slavico, ait *Kopitár*, hoc est quasi peculiare, quod

temporis aut si malis *durationis* vim ipsi verbi *formae* indidere. Exemplum rei habes in germ. verbis *gehen* (ire) et *kommen* (venire), *suchen* (quaerere) et *finden* (invenire); vides prius significare actionem *eundi* quasi mediam et adhuc *durantem*, cum *kommen* jam *absolutam* ostendat et hominem ea peracta jam coram te stantem. Sed talium verborum aliae linguae nonnisi *singula* exempla habent, eaque *diversae* originis: Slavus contra in *omnibus* plane verbis parva *ejusdem* verbi mutatione hoc momentum distinguit ad amussim." (Glag. Cloz. p. 53.) Hinc resultat nova divisio omnium verborum slavicorum et slovenicorum: 1) in *perfectiva*, *exacta* (dokonané) et 2) *imperfectiva, inexacta* (nedokonané). Priora actionem aut statum *subito transeuntem* designant et idcirco praeteritum eorum exacte respondet latino praeterito perfecto, praesens vero futuro, e. g. *dám* dabo, *dal* dedit; *padnem* cadam, *padnul* cecidit; *hodím* jaciam, *hodil* jecit etc. Posteriora contra exprimunt actionem aut statum *durantem* et idcirco forma praesentis eorum actu adhuc durantis praesentis, praeteritum vero latini aut graeci imperfecti significatione pollet, e. g. *dávam* do, *dával* dabat; *padám* cado, *padal* cadebat; *hádžem* jacio, *hádzal* jaciebat etc. Haec porro sunt: a) *inchoativa* (počínacie) respondentia latinis in *esco*, e. g. *mladnem* juvenesco, *kysnem* acesco, *blednem* pallesco, *kvitnem* floresco, *nemiem* mutus fio, *stariem* vel *starnem* senesco etc. b) *continuativa* vel *durativa* (trvacie), actionem vel statum continuatum exprimentia, uti *ženiem* pello, *bežím* curro; *sedím* sedeo, *nesiem* fero, *veziem* veho (supple ubique: *continuo); c) frequentativa* (častotlivé): honím pello, s-háňam compello, behám curro, sedám sedeo, nosím fero, vozím veho, s-nášam confero, s-vážam conveho (supple ubique: *frequenter); d) iterativa* (opakovacie, čech, opětovací) actionem aut statum iteratum denotantia: honievam, behávam, sedávam, nosievam, vozievam, quae latine optime redduntur sic: *soleo* pellere, *soleo* currere etc.

§. 42. *Formatio verborum.*

Respectu formationis verba sunt: a) *primitiva* seu praeter suffixa motionis nullis servilibus aucta, uti da-ť dare, pi-ť bibere, klás-ť ponere etc. b) *derivata* et c) *composita*.

A) *Derivata* deducuntur: 1) a *substantivis*, uti končiť finire, značiť signare, nocovať noctare, póstiť sa jejunare etc. a konec,

žnak, noc, pôst; 2) ab *adjectivis*: hlušiť surdum facere, hluchnúť surdum fieri; slabiť debilitare, slabnúť debilitari; bieliť inalbare, beleť sa albere etc. a chluchý, slabý, biely; 3) a *verbis:* a) ope *alternationis dynamicae:* tiecť: točiť, vliecť: vláčiť, mreť: moriť (plura exempla vide sub forma IV. et V. §. seq.). b) ope *praeformativarum* seu praepositionum inseparabilium, de quibus sub B) recurret sermo; c) ope *formativarum*, quarum aliae characteres formarum verbalium §. seq. evolvendarum constituunt, aliae consonantibus constantes derivationi verborum strictiori sensu sumtae deserviunt et idcirco a quibusdam *suffixa thematica* vocantur. Quaspiam earundem adduxisse sufficiat:

1) Ope *k* formantur verba *diminutiva;* e. g. bež-k-ať a *bežať* currere, lap*k*ať a *lapať* capere, lež*k*ať a *ležať* jacere, dup*k*ať stampfen ab inusitato *dupať*, chod*k*ať a *chodiť* ambulare, hryz*k*ať a *hrýzť* mordere, sed*k*ať a *sedať* considere etc.

2) Medio praeteriti in *ch* in vslov. et včech. dialecto olim vigentis: du-ch flavi, slu-ch clui a *duť*, *sluť:* duch-ať flare, sluch-ať auscultare, mutato *u* in *y* (§. 6. 4.): slých-ať audire, dých-ať spirare; spiech-ať festinare a spie-ch et hoc a *spieť* etc.

3) Medio participiorum in *l, m, n* et *t* (§. 48. II), e. g. de-*l*-iť dividere a *dieť* facere, osme-*l*-iť sa resumere animum a *smieť* audere, tr-*l*-iť canabes vel linum frangere a *treť* terere, stre-*l*-iť jaculari a *streť* sternere, m-*l*-eť molere a *miať* minuere etc. ozná-*m*-iť notitiae dare a *znať* noscere, uved-*om*-iť idem quod prius a *vedieť* scire, *m*-ať pro vslov. *im*-ati habere a *jať* capere etc. plie-*n*-iť vastare a *pleť* sarrire v. runcare vo-*ň*-ať odorem spargere et odorare a *viať* spirare, germ. wehen etc. so-*t*-iť trudere pro su-*t*-iť a vslov. *suti* idem etc.

Nota. Derivationem verborum ope *b, v, p, d, s* aliarumque vide in *Časopis* česk. Muz. 1846. V. 561—627.

B) In *compositis* verbis *determinans* potest esse: 1) *adjectivum*, e. g. cudzo-ložiť fornicari, adulterium committere a *cudzí*, čech. *cizí* peregrinus et *ložiť*; zlo-rečiť maledicere, blaho-slaviť benedicere, prosto-pašiť helluari etc. 2) *praepositiones separabiles:* do, na, nad, o, od, po, pod, pre, pred, pri, s, u, v, z, za et *inseparabiles:* ob, roz, vy, vz, e. g. do-dať addere do-niesť adferre, naduť inflare, od-ťať abscindere, po-znať agnoscere, pod-viesť deci-

pere, pre-niesť transferre, pred-ložiť praeponere, pri-ložiť adponere, addere, s-kúpiť coemere, u-viesť inducere, v-liezť intrare, z-rutiť demoliri, dejicere; za-hodiť abjicere; ob-rezať circumcidere, roz-trhať disrumpere, vy-brať excipere, vz-nášať attollere etc. 3) adverbium *ne,* e. g. ne-veriť non credere, ne-môcť non posse, ne-piť non bibere etc.

Nota. Determinans *adjectivum* in gen. neutro jungitur *determinato* ut in substantivis (§. 20. *Nota*). Praepositiones non producuntur. *S, z, od, pod, pred, v, ob* et *roz* cum verbo a pluribus pronunciatu difficilibus consonis incipiente jungendae apud Slovenos *o,* apud Bohemos et Bernolakianos *e* euphonicum recipiunt, e. g. so-brať colligere, zo-hnať depellere, odo-hnať etc. vo-vliecť einschleppen, obo-hrať abgewinnen, rozo-slať dimittere etc. Praeterea prima radicalis *v* post *ob* non raro ejicitur (§. 12. 3. b), e. g. ob-ariť abbrühen, ob-esiť suspendere, ob-aliť involvere, ob-liecť induere, ob-rátiť vertere pro ob-variť, ob-vesiť etc. Verba ex *jať* capere et quibusdam praepositionibus composita epentheticum *n* assumunt (§. cit. 2. a), e. g. vy-ňať, vy-nímat excipere, s-ňať, s-nímať v. rectius *zňať, znímať* de-cipere pro vy-jať, z-jať etc. V-nidem intrabo, do-*ň*dem aperiam, pri-*ň*dem veniam, vy-*ň*dem exibo etc. pro vo-*j*dem, do-*j*dem, pri-*j*dem, vy-*j*dem, čech. ve*j*du, do*j*du etc. (compositis e *v, do* etc. et *idem*, čech. *jdu* eo) raro auditur.

§. 43. *Formae verborum.*

Ut conjugatio significatusque verbi slavici ratione actionis et momenti temporalis rite explicari clareque perspici possit: diversae formae ejusdem secundum characteres: *nu*, *ie*, *i, a, ova*, qui radici vel stirpi affiguntur, distinguendae et expendendae sunt. Ratione horum characterum omnia verba ad sex formas reduci possunt.

Forma I.

Comprehendit verba, quae ante *ť* infinitivi nullam characteristicam vocalem habent. Suntque eorum duo genera:

1) Eorum, quorum syllaba radicis vocalibus: *a, i, y* et *u* terminatur. Exempli causa adferam ubique primam personam Indicativi praesentis, quae apud Slovenos semper in *m,* apud Čechos jam in *m* jam in *u* et *i* exit; Participium praeteriti activi in *l;* et Infinitivum in *ť*, čech. semper *ti:*

Ind.	čech.	Part.	čech.	Inf.	čech.
dá-m	-m,	da-l	-l,	da-ť	dá-ti dare.
dbá-m	-m,	dba-l	-l,	dba-ť	dbá-ti curare.
bi-jem	-ji,	bi-l	-l,	bi-ť	bí-ti ferire.
kry-jem	-ji,	kry-l	-l,	kry-ť	krý-ti tegere.
du-jem	-ji,	du-l	-l,	du-ť	dou-ti flare.

2) Eorum, quorum radix consona terminatur:

kla-diem	-u,	kläd-ol	klad-l,	kläs-ť	kläs-ti ponere.
ved-iem	-u,	vied-ol	ved-l,	vies-ť	vés-ti ducere.
met-iem	-u,	miet-ol	met-l,	mies-ť	més-ti verrere.
hud-iem	-u,	húd-ol	hud-l,	hús-ť	hous-ti canere fidib.
pas-iem	-u,	pás-ol	pás-l,	pás-ť	pás-ti pascere.
nes-iem	-u,	nies-ol	nes-l,	nies-ť	nés-ti ferre.
strež-iem	střeh-u,	strieh-ol	střeh-l,	striec-ť	stříc-i vigilare.
móž-em	moh-u,	móh-ol	moh-l,	móc-ť	moc-i posse.
teč-iem	tek-u,	tiek-ol	tek-l,	tiec-ť	téc-i fluere.

Notanda: 1) Vocali *a*, quod Sloveni in Ind. tantum, Bohemi in Inf. quoque producunt, terminatae radices paucae sunt: *zna-ť* noscere, *hra-ť* sa ludere, *zda-ť* sa videri, *ma-ť* habere, čech. *mám* habet in part. *měl*, in Inf. *míti* pro regulari nostro *mal*, *mať*. Verba radicis in *i*, *y* et *u* desinentis suffixa personalia Indicativi medio euphonici *j* recipiunt: pi-jem bibo, hni-jem putresco, ši-jem suo, ži-jem vivo, vi-jem volvo, vy-jem ululo, ry-jem fodio, my-jem lavo, ču-jem audio, ku-jem cudo, pľu-jem spuo, obu-jem induam, vyzu-jem exuam etc. čech. pi-ji, hni-ji, ši-ji etc. olim pi-ju, hni-ju, ši-ju etc. 2) Prima pers. Ind. verborum *radicis clausae* seu consona terminatae, demto unico *móžem*, apud nos semper exit in *iem*, apud Bernolákium in *em* (klaď-em, meť-em, pas-em etc.), ante quod gutturales *h* et *k* abeunt in *ž* et *č* (§. 10. B), apud Bohemos semper in *u*, ante quod nulla transformatio obtinet. Vocales radicales Bohemi tantum in Inf. producunt, Sloveni etiam in participio et quidem: *a* in *á*; *e* in *ie*, bern. *é*, čech. *é* et *í*; *o* in *ó* čech. *ů*; *u* in *ú*, čech. *ou*; *y* in *ý* et *i* in *í*, e. g. čech. předu, předl, přísti nere; bodu, bodl, bůsti pungere; rostu, rostl, růsti crescere etc. slov. pradiem, priadol, priasť; rastiem, rástol, rásť. In Inf. praeterea *d* et *t* in *s*, *k* in *c*, *h* ex euphonicis rationibus aeque in *c* pro *z* mutari, jam §. 10. et 11. dictum est. Pro Infinitivis verborum ultimae radicalis gutturalis: vléci, téci, síci secare, říci, di-

cere, moci, tlouci percutere etc. in literaria čechica vigentibus vulgus boh. retento more slovenico charactere Inf. *ť* adhibet: téci, síci, říci, moci, tlouci (Slow. II. 20). Verba Slovenis tantum usitata *hrebiem* et *skubiem* in Inf. interserto *s* habent: hrieb-*s*-ť scalpere, skúb-*s*-ť vellicare. — Quidam Bernolakianorum in participio pro *o* ante *l* poni solito interserunt *e*, e. g. kladem: kládel, vedem: védel, nesem: nésel, pečem: pékel etc. pro kládol, védol, pékol.

Anomala hujus formae sunt: 1) verba a radicibus: *pia, ža, ťa, sta, ča, mia* et *ža* deducta, quae in Ind. formam II. imitantur:

Inf.	čech.	Part.	čech.	Inf.	čech.
pnem	pnu,	pial	pal,	piať	píti tendere.
ťnem	tnu,	ťal	ťal,	ťať	títi scindere.
stanem	stanu,	stal	stal,	stať	státi stare.
po-čnem	-čnu, *)	počal	počal,	počať	počíti incipere.
žnem	žnu,	žal	žal,	žať	žíti metere,
za-žnem		zažal		zažať	accendere.
mnem		mial		miať	minuere.

Pro *zažnem* et *mnem* Bohemi adhibent regularia: *za-žhu, zažehl, zažíci; mnu, mnul, mnouti.*

His accenseri possunt, quae *mem* pro *nem* recipiunt, uti *jmem*, jal, jať capere et composita: *vez-mem* accipiam, vzjal, vzjať; *najmem* conducam, najal, najať; *vy-jmem* vel *vy-ňmem* excipiam, vyjal v. vyňal, vyjať v. vyňať etc. čech. *jmu*; jal, jíti; *vezmu*, vzal, vzíti; *najmu*, najal, najíti; *vyjmu*, vyjal, vyjíti; denique Bohemis solis usitatum: *ždmu*, ždal, ždíti auswinden, slov. *žmýkať*.

2) Anomala sunt porro: *jem*, jel v. jedol, jesť, čech. *jím*, jedl, jísti edere a rad. *jed*; *idem*, šiel, isť, čech. *jdu*, šel, jíti ire, *jedu*, jel, jeti vehi ab *id* et obsoleto *šed*, quod se ad verbum f. IV. *chod*-ím ambulo ita habet, sicut *žen*-iem ad *hon*-ím (cum *šed* cfr. hung. *sét*-álni deambulare); *budem* ero, bol, byť, čech. *budu*, byl, býti esse a rad. *bu* et *by*, cujus praesens *som*, čech. *jsem* sum ab alia, in sanscritico *as* esse superstite radice descendit.

3) Verba quorum radix consonis *l, n, r, v* vel vocalibus *a* et *e* praecedente *l, m, r, v* finitur et pauca alia amant characteristicam *a* vel *ia* ante *l* participii et *ť* infinitivi, formam V. aemulando, e. g.

*) Ubi exempli causa *compositum* adducitur, uti hic loci, indicio tibi sit semel pro semper, correspondens *simplex* non esse in usu.

Ind.	čech.	Part.	čech.	Inf.	čech.
stel-em	stel-i,	stl-al	stl-al,	stl-ať	stl-áti sternere.
žen-iem	žen-u,	hn-al	hn-al,	hn-ať	hn-áti pellere.
ber-em	ber-u,	br-al	br-al,	br-ať	br-áti sumere.
zv-em	zv-u,	zv-al	zv-al,	zv-ať	zv-áti vocare.

Sic et: kolem: klať pungere, po-šlem mittam: poslať, čech. koli, pošli: kláti, posláti; derem: drať terere, (drem: dreť excoriare est formae III.); perem: prať ferire, serem: srať cacare; žerem v. žrem: žrať vorare, čech. deru: dráti, peru: práti etc. rvem: rvať vellere, žvem: žvať mandere, Čechis solis usitata řvu: řváti rugire, štvu: štváti irritare, ssu: ssáti sugere.

kĺa-jem	kle-ji,	kl-ial	kl-el,	kl-iať	kl-éti blasphemare.
pra-jem	pře-ji,	pr-ial	př-ál,	pr-iať	př-íti v. -áti favere.
sme-jem	smě-ji,	sm-ial	sm-ál,	sm-iať sa	sm-áti se ridere.
hre-jem	hře-ji,	hr-ial	hř-ál,	hr-iať	hř-áti v. -íti wärmen.
chve-jem	chvě-ji,	chv-ial	chv-ěl,	chv-iať	chv-íti mutare.
ve-jem	vě-ji,	v-ial	v-ál v. -íl,	v-iať	v-áti vel -íti flare.

Sic et *lejem,* lial, liať, čech, *liji,* lil, líti, fundere; *sejem,* sial, siať, čech. *seji,* sál, síti serere; *zejem,* zial, ziať čech. *zeji,* zál, zíti hiscere, hiare; adde čechica: *okřeji,* okřál vel-íl, okřáti vel -íti se sich erhohlen; *laji,* lál, láti objurgare; *naději,* nadál, nadíti se sperare; *zraji,* zrál, zráti maturescere etc. (slovenicum *zrieť* est formae III.). Bernolák in partic. praet. ac. et inf. verborum postremo adlatorum seu radicis apertae pro *ia* docuit *á,* e. g. prál, práť; smál, smáť sa; hrál, hráť; ĺál, ĺáť etc. pro nostris: prial, priať; smial, smiať sa etc. contractione ortis e longioribus, in vslov. et včech. dialecto vigentibus formis: prie-jal, prie-jati; smie-jal, smie-jati se; grie-jal, grie-jati; li-jal, li-jati.

Forma II.

Complectitur verba, quae ante *ť* Inf. syllabam *nu* recipiunt. Suntque eorum duo genera:

1) Radicis *apertae* cum Ind. in *niem* (bern. *ňem*):

Indic.	čech.	Part.	čech.	Inf.	čech.
hy-niem	hy-nu,	hy-nul	hy-nul,	hy-núť	hy-nouti perire.
mi-niem	mi-nu,	mi-nul	mi-nul,	mi-núť	mi-nouti transire.
vi-niem	vi-nu,	vi-nul	vi-nul,	vi-núť	vi-nouti viere.

2) Radicis *clausae* cum Ind. in *nem* (bern. *ňem*):
has-nem has-nu, has-nul has-nul, has-núť has-nouti exstingui
pad-nem padnu, pad-nul pad-nul, pad-núť pad-nouti cadere.
pách-nem pách-nu, pách-nul pách-nul, pách-nuť pách-nouti olere.

Notanda: 1) In Ind. *niem* pro *nem* petunt etiam liquidis *l* et *r* clausa, uti *kl*-niem, *sl*-niem, *hr*-niem *tr*-niem et, si quae sunt, alia. 2) Quoad Ind. ad hanc formam spectant anomala f. I. Nro. 1) adlata. 3) Čechica: *va*-nu flo, *lí*nu se fluo, *pli*nu spuo, *ply*nu nato, *du*nu flo, vy-*kli*nu excludam; *vi*nu, slov. *vi*niem, *kl*nu, slov. *kl*niem etc. respondent verbis f. I. *vě*ji, *li*ji, *pli*ji, *plu*ji, *du*ji, *kli*ji, *vi*ji, *kle*ji blasphemo, slov. *ve*jem, *le*jem, *pĺu*jem, *plu*jem, *du*jem, *kĺu*jem, *vi*jem, *kĺa*jem. 4) Verba radicis *clausae* pro *nul* non raro formam I. imitando recipiunt *ol*, e. g. padol, duchol, kradol, páchol, trhol, sadol etc. čech. padl, duchl, sluchl, páchl etc. pro padnul, duchnul, sluchnul, kradnul etc. 5) Forma in *nu* complectitur et *transitiva*, uti vinúť, kradnúť furari, tiahnuť trahere etc. et *intransitiva*, uti padnúť, lähnúť decumbere; tenúť, čech. tonouti demergi; viaznuť, čech. váznouti adhaerere etc. *Minúť* transitive significat: *consumere*, intransitive: *praeterire*, *transire;* sic et verbum *viať* (f. I.) flare et ventilare. A nominibus praecipue *adjectivis* derivata *inchoativa* et idcirco *intransitiva* sunt, e. g. u-snúť obdormire a *sen* somnus, vládnuť potiri a *vláda;* chudnúť mascere, tvrdnúť durescere, schnúť arescere, moknúť madefieri, žltnúť flavescere, vlhnúť humescere, slepnúť obcoecari, hluchnúť surdum fieri etc. a *chudý* macer, *tvrdý* durus, *suchý* aridus, *mokrý* madidus, *žltý* flavus, *vlh*-ký humidus, *slepý* coecus, *hluchý* surdus. *Factitiva* sub *nu* nulla comparent: haec enim sub aliis formis (IV. et V.) sistuntur.

Forma III.

Verba hujus formae ante *ť* Inf. characterem *ie* vel *e* (quod post *č, š, ž* et *šť* in *a* detorquetur), čech. *ě*, *e* v. *í*, bern. *e* praeseferunt. Suntque eorum tria genera:

1) Eorum, quae in Ind. *iem* vel *em*, čech. *ím*, *u* post *r*, *i* vero post *l* et *c;* bern. *ím*, post *l*, *r* et *c* vero *em;* in Part. pr. act *el*, čech. *ěl*, post *l*, *ř* vero *el;* in Inf. *ieť* vel *eť*, čech. *íti* recipiunt, uti:

Ind.	čech.	Part.	čech.	Inf.	čech.
bd-iem	bd-ím,	bd-el	bděl,	bdi-eť	bd-íti vigilare.
sm-iem	sm-ím,	sm-el	sm-ěl,	sm-ieť	sm-íti audere.
tl-iem	tl-ím,	tl-el	tl-el,	tl-ieť	tl-íti gliscere.
čr-em	čr-u,	čr-el	cř-el,	čr-eť	čř-íti haurire.
mr-em	mr-u,	mr-el	mř-el,	mr-eť	mř-íti mori.

Sic etiam: pnieť pendere, mnieť putare, znieť sonare, o-mdlieť animo linqui; dreť excoriare, vreť fervere, treť terere, streť sternere, zreť aspicere, diversum a *zriem:* zrieť maturescere; hovieť, čech. hověti schonen; melem, mlel, mleť molere; chcem, chcel, chceť velle, čech. meli chci, mlel chtěl, mlíti chtíti; *dejem*, del, dieť (čech. ději, děl, díti facere), quod Sloveni tantum in compositis: na-dejem implebo, o-dejem induam, z-odejem exuam etc. usitant, suffixum personale Ind. *em* medio euphonici *j* recipit, sic et: *plejem*, plel, pleť, čech. pleji, plel, plíti runcare; *pri-spejem*, -spel, -spieť, čech. při-spěji, -spěl, -spěti adcurrere. — Tandem inchoativa ab *adjectivis* deducta: chromiem: chromieť claudum fieri, nemiem: nemieť mutescere, černiem: černieť nigrescere, za-celiem: zacelieť redintegrari, o-zdraviem: ozdravieť reconvalescere, šediviem: šedivieť canescere etc. A *substantivis:* umiem: umieť scire, rozumiem: rozumieť intelligere. Utrisque respondentia čechica ad secundum genus spectant.

2) Eorum, quae in Ind. *ím,* in Part. *el,* čech. *ěl* vel *el,* in Inf. *ieť* vel *eť,* čech. *ěti* vel *eti* assumunt:

hor-ím	hoř-ím,	hor-el	hoř-el,	hor-eť	hoř-eti ardere.
kyp-ím	kyp-ím,	kyp-el	kyp-ěl,	kyp-ieť	kyp-ěti effervere.
let-ím	let-ím,	let-el	let-ěl,	let-ieť	let-ěti volare.
sed-ím	sed-ím,	sed-el	sed-ěl,	sed-ieť	sed-ěti sedere.
vis-ím	vis-ím,	vis-el	vis-el,	vis-eť	vis-eti pendere.
väz-ím	věz-ím,	väz-el	věz-el,	väz-eť	věz-eti haerere.

Sic etiam: boleť dolere, mysleť cogitare (čech. *mysliti* est f. IV.), voleť malle, museť debere, mrzeť taedere; chybieť deesse, svrbieť prurire, trpieť pati, hlädieť aspicere, vidieť videre, smrdieť foetere, prdieť vel bzdieť pedere, vrtieť gyrare etc. Huc refer quoad part. et inf. čechica: *pěji*, pěl, pěti canere, *přispěti* et *inchoativa* quoad omnia: bujněti, chroměti, o-něměti etc. uměti, rozuměti, upěti plangere, veleti mandare, haněti calumniare, styděti se pudere etc. slovenica: *hanit* et *stydit* sa ad f. IV. spectant.

3) Eorum, quae ante *ím* Ind. mollibus *č, š, ž* et *šť* sunt praedita:

krič-ím	křič-ím,	krič-al	křič-el,	krič-ať	křič-eti clamare.
slyš-ím	slyš-ím,	slyš-al	slyš-el,	slyš-ať	slyš-eti audire.
drž-ím	drž-ím,	drž-al	drž-el,	drž-ať	drž-eti tenere.
pišť-ím	pišt-ím,	pišť-al	pišt-ěl,	pišť-ať	pišt-ěti pipire.

Sic etiam: mlčať tacere, kläčať flectere, jačať fremere, čech. klečeti, ječeti; vrčať, kvičať, mrčať, zvučať sonare; pršať pluere, rušať movere; bežať, čech. běžeti currere, ležať jacere; blišťať sa fulgere, vrešťať ejulare, šušťať strepere, prašťať crepitare, šťať mingere etc. čech. blyštěti se, vřeštěti, šustěti, praštěti; *scáti, scál,* mutato *šť* in *sc*, in Ind. ut apud nos *šťím;* bern. posito *šč* pro *šť* (§. 11. 4): blíščať, vreščať etc. Ratione Indicativi huc spectant etiam: *sto-jím,* st-ál, st-áť stare; *bo-jím*, b-ál, b-áť sa timere, quorum participia et infinitivi: *stál, bál; stáť*, *báť* contractione sunt orti e longioribus, in vslovenica, illyrica etc. vigentibus: *st(oj)al, b(oj)al; st(oj)ati*, *b(oj)ati.*

Notanda: 1) Verba 1-mi gen. ultimae radicalis *r*, *c* et quaepiam in *l* in Ind. et Infinitivo; 2-di gen. vero ultimae radicalis: *l, r, s, z* in Inf. tantum expungunt *i* ante *e*, exempla habes superius. Ad analogiam horum Infinitivum in *eť* reliqua etiam 1-mi et 2-di gen. lubenter ferunt, e. g. pneť, mneť, kypeť videť, leteť etc. bern. pňeť, mňeť, kipeť, viďeť, leťeť. 2) Verba 3-tii gen. Štúr ad formam V. refert; Dobrovský, Šafarík aliique ad III. Hos ego quoque secutus sum putans: kri*čal*, kri*čať*; sly*šal*, sly*šať*; be*žal*, be*žať* etc. e kri*čie*l, kri*čie*ť etc. eodem prorsus modo (mutato nempe charactere formae III. *ie* post *č, š, ž* in *a*) orta esse, quo vslovenici comparativi: mno*ža*jšij a mnogyj, ti*ša*jšij a tichyj, gor*ča*jšij a gorkyj etc. e regularibus: mno*žie*jšij: ti*šie*jšij, gor*čie*jšij orti sunt. 3) *Anomala* hujus formae sunt: *viem, vedel*, *vedieť* scire, bern. vím, veďel, veďeť, čech. vím, věděl, věděti et composita: po-viem dicam, z-viem resciam etc. in quorum Ind. radicale *d* ejectum vides. 4) Verba hujus formae *intransitiva* sunt, demtis admodum paucis transitivis, uti držať, treť, streť, mleť, chceť etc.

F o r m a IV.

Character hujus minime omnium detortae formae est vocalis *i*, quae in Ind. apud Bernolákium et Bohemos semper, in genuina slovenica vero tantum praecedente brevi (§. 13. A. 1.) producitur:

Ind.	čech.	Part.	čech.	Inf.	čech.
kaz-ím	kaz-ím,	kaz-il	kaz-il,	kaz-iť	kaz-iti destruere.
kúp-im	koup-ím,	kúp-il	koup-il,	kúp-iť	koup-iti emere.
men-ím	měn-ím,	men-il	měn-il,	men-iť	měn-iti mutare.
mien-im	mín-ím,	mien-il	mín-il,	mien-iť	mín-iti intendere.

Ad hanc formam, quae *transitivam* significationem conciliat verbis, — praeter pauca admodum eaque a potiori motum exprimentia *intransitiva*, uti brodiť vadere, kročiť vel stúpiť gradi, kvapiť properare, skočiť salire, túžiť niti etc. et complura *primitiva*, uti činiť facere, krojiť scindere, dojiť mulgere, chytiť capere, pustiť mittere, robiť facere etc. — spectant: 1) *frequentativa* a quibusdam formae I. verbis ope *alternationis dynamicae* (§. 6. 2) seu mutatione vocalis radicalis *e* in *o* rarius in *a*, ante quae radicales molles obdurantur, gutturales vero restituuntur, derivata, e. g. *no*sím a *ne*siem fero, v*o*zím a v*e*ziem veho, v*o*dím a v*e*diem duco, *la*zím a *le*ziem serpo, vl*á*čim a vl*e*čiem traho, *ho*ním a *že*niem pello, *cho*-dím ambulo ab inusitato *šed*. 2) *Factitiva* a prioribus formis itidem ope alternationis dyn. deducta, et quidem: a) a verbis f. I. p*o*jím tränke a p*i*jem trinke, *to*čím fundo a *te*čiem fluo, *hno*jím fimo a *hni*jem putresco, *ho*jím medeor, sano a *ži*jem vivo, *ko*jím sedo a vslovenico *či*ja, quod tantum in composito: po-*či*ja requiescam superest; o-sl*ov*iť alloqui, sl*á*viť celebrare, inclytum reddere a sl*u*ť cluere, b*av*iť distrahere, z-b*av*iť liberare a b*y*ť, b*u*ť esse resolutione *u* vel *y* in *ov, av* (§. 6. 3); p*á*liť cremare a *plať* ardere etc. b) A verbis f. II. ejecto charactere ejusdem e. g. *hasiť* exstinguere a hasnúť exstingui, *močiť* madefacere a moknúť madefieri etc. c) A forma III. v*a*riť coquere a *vreť* fervere, tr*á*piť affligere a *trpieť* pati, smr*a*diť foetorem ciere a *smrdeť* foetere, s*a*diť plantare a sedeť sedere; m*o*riť necare, affligere, m*a*riť pessumdare a *mreť* mori; za-v*e*siť suspendere a v*i*seť pendere, po-l*o*žiť ponere a l*e*žať jacere, b*u*diť expergefacere a *bdieť* vigilare; st*av*ím sistam a *stoj*ím sto etc. 3) Innumera a nominibus aliisque orationis partibus adjecto charactere hujus formae *i*, ante quod *d, l, n, t* emolliuntur; *h, ch, k* et *g* in *ž, š, č, dž* transformantur (§. 10. A. 3), deducta. Exemplis l. cit. adlatis adde: slúžiť servire a *sluha,* vážiť ponderare a *váha* pondus, strašiť terrere a *strach* terror, mučiť torquere a *muka* tortura; plašiť terrere a *plachý* timidus, hlušiť surdum red-

dere a *hluchý*, dlžiť prolongare a *dlhý* longus; hladiť laevigare a *hlad*-ký, ženiť sa uxorem ducere a *žena*, kaliť inficere a *kal* squalor, platiť solvere a *plat*, ceniť aestimare, schätzen a *cena* pretium, pri-svojiť proprium reddere a *svój* suus, protiviť sa adversari a vslov. *protiv* = nostro apocopato *proti* contra, ničiť annihilare a *nič* nihil, ráčiť pro radšiť dignari a *radšej* lubentius etc.

Nota. Trenčinienses eisque vicini Nitrienses characterem formae IV. *i* in part. praet. act. pessime detorquent in *e* verbis f. III. proprium, e. g. robel, kúpel, chodel etc. pro robil, kúpil, chodil.

Forma V.

Continet verba ante *ť* Infinitivi charactere *a* praedita, quorum duo genera destinguuntur:

a) Primum eorum in Ind. quoque praesefert *a*, quod in bern. et čech. dialecto semper, in genuina slov. vero tantum praemissa brevi producitur:

Ind.	čech.	Part.	čech.	Inf.	čech.
kon-ám	kon-ám,	kon-al	kon-al,	kon-ať	kon-ati perficere.
dív-am	dív-ám,	dív-al	dív-al,	dívať sa	dívati se aspicere.

Sic etiam: chovať alere, skúmať scrutari, volať vocare, odolať resistere, žehnať e germ. *segnen* benedicere; hl'ädať, čech. hledati quaerere, mrdať wedeln; žádať vel žiadať cupere, vslov. že̜dati sitire, motať haspeln; matať, macať, čech. hmatati palpare, mátať id quod strašiť, germ. spucken hinc *mátoha* spectrum; chystať parare; rihať, čech. říhati vomere; ruhať sa, čech. rauhati se contumelia afficere, mrhať pessumdare, trhať rumpere, páchať patrare, kochať sa delectari; ískať, čech. cum prosthetico *v:* vískati pediculos expuirere, z-ískať acquirere a vslov. *iskati* quaerere: čakať exspectare, čech čekati etc.

b) Eorum, quae in Ind. pro *a* habent *e* v. *ie*, bern. semper *e*, čech. *i*, ante quae *h* et *z* in *ž*, *ch* et *s* in *š*, *k* in *č*, *t* in *c*, *l* in *ľ*, *n* in *ň*; čech. *sk* in *šť*, *r* in *ř* abit:

kop-em	kop-i	kop-al	kop-al,	kop-ať	kop-ati fodere.
or-iem	oř-i,	or-al	or-al,	or-ať	or-ati arare.
sten-iem	ston-i,	sten-al	ston-al,	sten-ať	ston-ati gemere.
struž-iem	strouž-i,	struh-al	strouh-al,	struhať	strouhati radere.
maž-em	maž-i,	maz-al	maz-al,	maz-ať	maz-ati ungere.
dýš-em	dyš-i,	dých-al	dych-al,	dých-at	dych-ati spirare.

píš-em píš-i, pís-al ps-ál, pís-ať ps-áti scribere.
repc-em repc-i, rept-al rept-al, rept-ať rept-ati murmurare.
plač-em plač-i, plak-al plak-al, plak-ať plak-ati flere.

Sic etiam: hýbem moveo, drápem rado, chrápem sterto, zobem germ. schnäble; dudlem, mumlem, čech. bubli, mumli murmuro; kašlem, kašľal, kašľať, čech. kašli: kašlať tussire; driemem: driemať, čech. dřími: dřímať dormitare; klamem decipio; párem findo, kárem punio, žebrem v. žobrem mendico; čech. žehři convitior; viažem: viazať, čech. vížem vel vážem: vázati ligare, kážem: kázať concionari, mandare, režem: rezať, čech. řeži: řezati scindere; lížem: lízať lambere; čech. táži: tázati se, slov. pítam: pítať sa interrogare; češem: česať pectere; krešem: kresať, čech. křeši: křesati ignem excutere; kúšem: kúsať mordere, pášem: pásať cingere, kašem; kasať suscingere; pláčem: plákať lavare; šepcem; šeptať susurrare, plácem: plátať, čech. pláci: plácati plicare; rechcem v. rehocem, čech. řehci hinnio etc. Quaedam verba, praecipue a substantivis in *ot* derivata, in Ind. tam *a* quam *e* admittunt, e. g. orám et or-iem, zob-ám et -em, žebr-ám et -em; pár-am et -em, kár-am et -em etc. šuchotám et šuchocem, štrko-tám et -cem, hrko-tám et -cem strepitum edo, šep-tám et -cem, ligo-tám et -cem sa fulgeo etc. Priora cum *á* nempe actionem v. statum diutius, posteriora brevius durantem exprimunt. Sic etiam: hvízdam et hvíždim: hvízdať, čech. hvízdám et hvíždi: hvízdati fistulare; čech. tleskám et tlešti; tleskati, slov. tlieskam: tlieskať manibus plaudere. — Ad hoc genus verborum spectant etiam *anomala* sub f. I. Nro. 3. adlata, uti hriať, viať, siať etc. nec non *spím, spal, spať* dormire.

Praeter recensita duo genera verborum ad formam V. pertinent *frequentativa* (§. 41. IV. c) quoque a verbis priorum quatuor formarum ope *a* sequenti modo derivata:

A prima: 1) Verba ultimae radicalis *i* interserto *j*, reliqua vero vocalibus *a, e, y* et *u* finita interserto *v* radicem inter et characterem formae V. *a* productisque vocalibus radicis *i* in *í*, *a* in *á; e* in *ie*, bern. *é*, čech. *í; y* in *ý*, *u* in *ú* čech. *ou* fiunt frequentativa, e. g. piť: píjať, biť: bíjať, viť: s-víjať convolvere, čech. *a* post *j* detorto in *e:* píjeti, bíjeti, svíjeti etc. — dať: dávať, znať: po-znávať, hrať: hrávať, mať: mávať, čech. míti: mívati habere, dbať: za-ne-dbávať negligere, zdať: zdávať sa etc. (sic etiam: obá-

vaŧ sa timere, stávaŧ stare freq. a *báť sa, stáť* f. III. et spávaŧ a *spaŧ* dormire ad f. V. relato) — hre-jem: hrievam, sme-jem: u-smievam sa subrideo, se-jem: na-sievam insero, vejem: pre-vievam perflo, le-jem: vy-lievam effundo etc. čech. hřívám, usmívám se, nasívám, provívám, vylívám (sic etiam: z-pievaŧ canere, na-dievaŧ implere, zo-dievaŧ exuere etc. pri-spievaŧ, čech. zpívati, na-dívati, přispívati a verbis ad f. III. relatis: pěti, díti, spěti) — myŧ: u-mývaŧ lavare, kryŧ: pri-krývaŧ, vyŧ: vy-v*ýj*aŧ pro regulari inusitato vyv*ýv*aŧ ululare, ryŧ: r*ýj*aŧ pro *rýv*aŧ fodere, quasi a *viť, riť*; byŧ: bývaŧ esse frequenter, ergo habitare; šiŧ: vy-š*ív*aŧ pro vy-š*íj*aŧ exsuere, žiŧ: u-ž*ív*aŧ pro už*íj*aŧ frui, quasi a *šyť, žyť*; od-po-č*ív*aŧ requiescere pro odpoč*íj*aŧ a vslov. *po-čiti;* — duŧ: na-dúvaŧ inflare, čuŧ: po-čúvaŧ auscultare; obuŧ: obúvaŧ, vyzuŧ: vyzúvaŧ, kuŧ: kúvaŧ et kovaŧ cudere, pluŧ: plvaŧ (cum longo *l*) et plovaŧ, čech. plývati natare, hinc o-plývati abundare; snuŧ: snúvaŧ et snovaŧ devolvere fila, psuŧ: psovaŧ destruere etc. 2) In derivatione frequentativorum ope *a* a verbis f. I. radicis clausae ultimae radicales molles obdurantur, gutturales restituuntur, vocales radicales vero jam producuntur: *a* in *á; e* in *ie*, bern. *é* et *í*. čech. *í*; jam non; *o* et *ó* semper abit in *á; u* in *ú*, čech. *ou; i* in *í, l* producitur, e. g. k*o*lem: za-k*ál*am macto, k*ál*am findo, pl*e*tiem: za-pl*e*tám implecto, m*e*tiem: vym*e*tám everro, r*a*stiem: od-r*á*stam excresco; kl*a-d*iem: s-kl*ad*ám compono, kr*ad*iem: o-kr*ád*am bestehle; hudiem: húdam, jem: jedám, cech. jím: jídám (sic etiam a quibusdam f. III. verbis, e. g. h*o*rím: vy-h*á*ram: v*i*dím; v*íd*am, l*e*tím: l*iet*am, po-viem: povedám, s*ed*ím: *sed*ám, hl*äd*ím: hl*äd*ám quaero); berem: s-b*ie*ram vel sb*e*rám colligo, ž*e*rem: vyž*ie*ram evoro, d*e*rem: vy-d*ie*ram eripio, st*el*em: po-st*iel*am, čech. sbírám, vyžírám, vydírám, postílám sterno (sic etiam a verbis f. III. 1mi gen. ultimae radicalis *r*: *čr*em: na-*čier*am, m*r*em: um*ie*ram, v*r*em: vy-v*ier*am, st*r*em pre-st*ier*am, z*r*em: pri-z*e*rám inspicio, zriem maturesco: do-zieram v. do-zrievam plene maturus fio); m*ó*žem possum: po-m*áh*am juvo, str*iž*iem: str*íh*am tondeo, t*e*čiem: ut*e*kám, čech. utěkám v. utíkám fugio, vl*e*čiem: z-vl*iek*am detraho, p*e*čiem: o-p*e*kám aduro; t*l*čiem: s-t*lk*am (cum longo *l*), čech. stloukám contundo; skubiem, skúbsŧ: šklbem v. šklbam, šklbaŧ (long. *l*), čech. šklubi, šklubati vellicare.

A forma II. jam ejecto jam retento charactere ejusdem fiunt frequentativa. Prius passim obtinet in verbis radicis clausae, e. g.

pad-núť: pad-ať, sluchnúť: sluchať, dychnúť: dýchať, pichnúť: pichať pungere, páchnuť: za-páchať, moknúť: za-mákať, mrknúť: mrkať sa vesperascere, svitnúť: svitať lucescere, s*ia*hnuť t*ia*hnuť (vslov. se͜gna͜ti, te͜gna͜ti): siahať, tiahať, čech. sáhati attingere, táhati trahere etc. Anomala sub f. I. nro. 1) adlata (demto *stanem*) aliaque apertae praecipue radicis verba retinent *n* et *m* ante *a* praefiguntque eis euphoniae causa *í*, e. g. p*n*em: na-p*ína*m intendo, tnem: pre-tínam transcindo, žnem: zo-žínam demeto, počnem: počínam, zažnem: zažínam, čech. zažhu: zažíham accendo, mnem: o-mínam attero, vyjmem v. vyňmem: vyjímam v. vynímam, najmem: najímam (*vezmem* accipio a *berem* formato frequentativo: *berám* gaudet, a quo iterativum est: ber*áva*m); sic etiam: miniem: míňam consumo, vi-niem: s-víňam convolvo, hnem: po-hínam moveo, z-po-mnem: zpomínam recordor, za-po-mnem: zapomínam obliviscor, hasnem: z-hasínam extinguor, klnem: za-klínam adjuro, pre-klínam, čech. proklínám exsecror, — schnem: vyschínam exaresco, za-mknem; zamkínam claudo, do-tknem: dotkínam tango, po-lknem: polkínam deglutio, z-dochnem vel z-dechnem: zdochínam crepo, čech. expuncto *n*: vysýchám, zamýkám, dotýkám, polýkám, zdýchám. Huc spectant etiam frequentativa: roz-rívam, vy-zývam evoco, po-sílam mitto, lýham mentior, čítam lego a verbis f. I. *rvem, zvem, po-šlem,* čech. *rvu, zvu* v. zovu, *lhu,* lhal, lháti; *čtu,* četl, císti, quorum duo postrema sub f. I. tantum Bohemi nôrunt, inserto *í* et *ý* formata.

A forma III. Quaepiam frequentativorum ab hac forma deductorum jam sub f. I. exhibui. Reliqua, nominatim 1mi et 2di generis hucdum non attacta characterem frequentativorum *a* medio *v* recipiunt, e. g. mniem: do-mnievam sa opinor, omdliem: omdlievam, tliem: tlievam, bdiem: bdievam, bolím: bolievam, trpím: trpievam, umiem: umievam etc. čech. et bern. posito *í* pro *ie:* domnívám, omdlívám etc. Verba 3tii g. a potiori restitutis ante *a* gutturalibus fiunt frequentativa, e. g. kričím: vy-kríkam, blčím: blkam (cum longo l) flammo, kläčím v. kľačím: kläkám v. kľakám, čech. klečím: klekám; slyším: slýcham, bežím: behám, ležím: líham, prším: prchám, blištím sa: blískam sa, pištím: pískam, praštím: práskam etc. A *držím* frequentativum est producto *r:* z-dŕžam, iterativum: drž*ie*vam, a *ščím* iterat. šť*ie*vam, čech. držívam, scávám, bern. držávam, ščávám etc.

A forma IV. duplici modo deducuntur frequentativa: 1) ope duri *a*, ante quod consonae molles obdurantur, gutturales restituuntur; *o* abit in *á; e* in *ie*, čech. *í*; *u* in *ú*, čech *ou*, e. g. hov*o*riť: s-hov*á*rať sa colloqui, l*o*miť: l*á*mať frangere; kr*o*jiť: kr*á*jať scindere, s-p*o*jiť: sp*á*jať v. na-p*o*jiť: nap*á*jať, d*o*jiť: vy-d*á*jať emulgere etc. (čechica, *a* post *j* detorto in *e* orta: krájeti, spájeti, napájeti, vydájeti et a verbis f. I. ultimae radicalis *i* deducta: *píjeti, bíjeti* etc. pro *píjať, bíjať*, spectant ad frequentativa modo 2o formata); koriť domare: k*á*rať punire; hlásiť: hlásať annunciare; chytiť, lapiť: chytať, lapať capere; mluviť loqui: o-ml*ú*vať obloqui, stúpiť: stúpať, sk*o*čiť: sk*ák*ať v. sk*á*cať (in Ind. *skáčem*), str*č*iť: str*k*ať v. strcať trudere, tre*šť*iť: tr*iesk*ať, čech. třeštiti: třískati, luštiť: lúskať decorticare etc. 2) Ope *a* affecti liquido *i* seu *ia*, *ä*, *a* (čech. *ě* et *e*, bern. *á* et *a*), ante quod *ď* abit in *dz*, čech. *z*; *ť* in *c*, ľ et *ň* manent molles, *s* abit in *š*; *z* in *ž*; *sť* in *šť*; *sl* in *šľ*; *o* in *á*; reliquae vocales more solito producuntur, e. g. r*o*biť: ob-r*á*bäť colere, t*o*piť: vyt*á*päť eliquare, pr*a*viť dicere: rozpr*á*väť narrare, kropiť: pokr*á*päť aspergere, staviť sistere: stav*ä*ť aedificare etc. čech. posito *ě* pro *ä*; obráběti, vytápěti etc. — ch*od*iť: vch*ádz*ať intrare, v*od*iť: uv*ádz*ať introducere, h*od*iť: h*ádz*ať projicere, s*ad*iť: s*ádz*ať ponere (in Ind. *hádžem, sádžem*); b*ud*iť: ob*údz*ať excitare, p*ud*iť: pop*údz*ať impellere, s*úd*iť: pris*údz*ať adjudicare etc. čech. posito *z* pro *dz*, *e* pro *a*: házeti, uvázeti etc. — pl*at*iť: spl*ác*ať, s*ot*iť: s*ác*ať trudere, tr*at*iť: utr*ác*ať perdere, zatr*ac*ať damnare; vr*át*iť: vr*ac*ať restituere, *z*l*at*iť: pozl*ác*ať inaurare etc. čech. posito *e* pro *a* ante *ť*: splác*e*ti, sác*e*ti etc. — h*o*liť: oh*áľ*ať tondere, str*e*liť: strie*ľ*ať jaculari, v*a*liť: v*áľ*ať volvere, zaháľať otiari etc. čech. ohá*l*eti, podpá*l*eti, stří*l*eti, vá*l*eti, zahá*l*eti; h*o*niť: sh*áň*ať compellere, kl*o*niť flectere: kl*áň*ať sa adorare, s-kl*áň*ať declinare, cl*o*niť vel sl*o*niť (§. 9. 3, c): zacl*áň*ať v. zasl*áň*ať obumbrare, zv*o*niť sozv*áň*ať compulsare etc. čech. shá*ně*ti, kla*ně*ti se etc. — n*o*siť: sn*áš*ať conferre, ab insusitato *vesiť*; ve*š*ať suspendere, h*a*siť: zah*áš*ať extinguere, k*o*siť: zk*áš*ať defalcari, hl*a*siť: ohl*áš*ať, sk*u*siť: sk*úš*ať tentare etc. k*a*ziť destruere: prek*áž*ať impedire, r*a*ziť quatere: vyr*áž*ať excutere, v*o*ziť: sv*áž*ať convehere etc. m*o*čiť: m*áč*ať macerare, kr*o*čiť: kr*áč*ať gradi, t*o*čiť: vyt*áč*ať effundere, po-r*u*čiť: por*úč*ať legare, commendare etc. hl*u*šiť: ohl*ú*šať, s*u*šiť: pres*ú*šať etc. čech. posito *e* pro *a* post *š, ž, č*: sná*š*eti, vě*š*eti, zahá*š*eti etc. — p*u*sťiť: p*úšť*ať mittere, m*a*sťiť:

namáśťať inungere; *mysleť*, čech. *mysliti*: vymýśľať excogitare, rozmýśľať contemplari etc. čech. poušťéti, namášťéti, rozmýšleti. — Slovenica frequentativa a verbis ultimae radicalis: *b*, *p*, *v* modo 2do formata *ä* tantum in Inf. et Part. praet. act. retinent, in Ind. enim petunt *am;* praecedente vero brevi, *iam*, e. g. obrábam, obrábäl, obrábäť: staviam, staväl v. stavial, staväť v. staviať, reliqua (demto *hádzať* et *sádzať*) in Ind. habent semper *am*, in Part. *al*, e. g. vchádz-am, vchádz-al, vchádz-ať; sác-am, al, ať; váľ-am, al, ať, omáč-am, al, ať etc. Čechica contra ad analogiam verborum f. III. 2di et 3i gen. in Ind. sine discrimine praeseferunt *ím*, in Part. *ěl*, in Inf. *ěti* post *b*, *v*, *p*, *n*, *t*; post *j*, *l*, *z*, *ž*, *s*, *ś*, *c*, *č* vero *el*, *eti* e. g. obráb-ím, obráb-ěl, obráb-ěti; shán-ím, ěl, ěti; poušt-ím, ěl, ěti: kráj-ím kráj-el, kráj-eti; vymýšl-ím, el, eti; odcház-ím, el, eti abire; máč-ím, el, eti etc.

Iterativa (§. 41. IV. d) a verbis f. IV. ope *ievam*, čech. et bern. *ívám;* a verbis f. V. ope *ávam*, čech. et bern. *ávám* derivantur, e. g. honím: honievam, vozím: vozievam, nosím: nosievam, prosím rogo: prosievam, chodím: chodievam, robím: robievam, modlím sa oro: modlievam sa, volím eligo: volievam etc. konám: vykonávam, dívam: divávam sa volám: volávam, behám: behávam, líham: lihávam, čítam: čitávam, jedám: jedávam; kopem: kopávam, oriem: orávam, plačem: oplakávam etc. Iterativa hoc modo, vel reduplicatione syllabae *va* ope *ievávam*, *avávam* (hon*ievávam*, vol*avávam* etc.) formata respectu motionis non differunt a verbis f. V. 1mi gen.

Forma VI.

Verba hujus formae in Ind. habent *ujem*, čech. *uji*, in Part. *oval* v. *uval*, in Inf. *ovať* v. *uvať*, čech. et bern. tantum *oval*, *ovati* -*ovať*, e. g. boj-ujem, boj-oval v. -uval, boj-ovať v. -uvať, čech. bojuji, bojoval, bojovati pugnare; kupujem, kupoval, kupovať, čech. kupuji, -oval, -ovati emere etc. Suntque omnia derivata et quidem: 1) a *substantivis*, *adjectivis* et *adverbiis*, e. g. bubnujem tympanum pulso a *buben*, bičujem flagello a *bič;* ďakujem, čech. děkuji gratias ago a *ďak*, *dík;* darujem dono, kraľujem regno, križujem crucifigo a *kríž*, menujem, čech. jmenuji nomino a *meno*, milujem amo a *milý* gratus, obnovujem renovo a *nový*, obcujem conversor ab *obec*, obedujem, čech. oběduji prandeo ab *obed*, obetujem, čech. obětuji offero ab *obeta;* opetujem, čech. opětuji, opakujem

repeto ab *opět* iterum, *opak* pars adversa; radujem sa laetor a *rád* lubens; polujem venor a *pole*, pracujem laboro a *práca*, putujem peregrinor a *púť*, pokutujem punio a *pokuta*, panujem dominor, pamatujem recordor a *pamäť*, po-sluhujem inservio a *sluha*; venujem, čech. věnuji doto a *veno*, zvestujem, čech. zvěstuji annuncio a *zvesť*, žalujem accuso a *žáľ* v. *žiaľ* dolor etc. 2) A *verbis:* a) formae II. e. g. viniem: obviňujem abvolvo, hrniem; shrňujem coacervo, a reliquis ejecto *n* et correpta syllaba radicali: tiahnem: odťahujem abstraho, siahnem: obsahujem contineo, vy-pláknem: vyplakujem eluo, dvihnem: pozdvihujem elevo, kriknem: okrikujem acclamo etc. b) A verbis f. IV. mutato *ď* in *dz*, čech. *z*; *ť* in *c* (in quibusdam tamen verbis *ď* et *ť*; ľ et *ň* vero in omnibus impermutata manent); apud Bohemos praeterea: *z* in *ž*, *s* in *š*, *sť* in *šť*; correptisque vocalibus longis, e. g. hájim: obh*a*jujem custodio, sľúbim: sľ*u*bujem, čech. slíbím: slibuji promitto, str*e*lím: vystr*e*ľujem, pl*n*ím: napl*ň*ujem impleo; plo*d*ím: zplo*dz*ujem genero, vodím: uvo*dz*ujem, čech. zplo*z*uji, uvo*z*uji; rm*ú*tim: zarm*uc*ujem contristor, n*út*im: prin*uc*ujem adigo, vr*át*im: navr*ac*ujem; hrom*áž*dim: shrom*ažď*ujem, peča*t*ím: peča*t*ujem obsigillo; čech. ka*z*ím: naka*ž*uji, hro*z*ím: pohro*ž*uji minor, ha*s*ím: uha*š*uji, du*s*ím: udu*š*uji suffoco; ujis*t*ím: uji*šť*uji certum reddo etc. slov. naka*z*ujem, uha*s*ujem, ujisťujem. c) A verbis f. V. correptis vocalibus longis mutatisque in Ind. *č* in *c*, *dž* in *dz*, *š* in *s*, *ž* in *z*, e. g. l*á*mem: vyl*a*mujem effringo, sp*ie*vam: presp*e*vujem, sk*áč*em: vysk*ak*ujem v. vysk*ac*ujem, hádžem: odh*adz*ujem, píšem: zp*is*ujem, p*áš*em: op*as*ujem cingo, m*až*em: vym*az*ujem, vi*až*em: sv*az*ujem v. sv*äz*ujem colligo etc.

Nota 1. Forma V. et VI. complectitur *transitiva* et *intransitiva* verba. Frequentativa et iterativa a transitivis aliarum formarum deducta transitiva, ab intrasitivis derivata intransitiva, e factitivis f. IV. formata factitiva sunt.

Nota 2. Usus frequentativorum et iterativorum f. V. et VI. praecipuus est in formando verborum perfectivorum simplicium et compositorum praesenti. Cum enim simplicia perfectiva e. g. *dám* (dabo), *kúpim* (emam) et composita: *od-nesiem* (auferam), *vy-veziem* (eveham) etc. futura sint, praesens a frequentativis v. iterativis eorum peti solet: *dávam* do, *kupujem* emo, *odnášam* aufero, *vyvážam* eveho. (cfr. §. 46. A. III. 1 et 2).

§. 44. *Conjugatio.*

Motio vel flexio verbi per modos, tempora, numeros et personas, *conjugatio* (časovanie) vocatur. *Modus* (spósob), seu ratio praedicatum subjecto ope verbi jungendi, triplex est: a) *indicativus* (ukazovací), qui edicit: praedicatum subjecto *reapse* vel *realiter* convenire aut non convenire respondetque conceptui *realitatis* (skutočnosť); b) *conjunctivus* vel *optativus* (žádací) innuens praedicatum subjecto *posse* convenire aut non convenire respondensque conceptui *possibilitatis* (možnosť) et c) *imperativus* (rozkazovací) respondens conceptui *necessitatis* (nútnosť) edisserit: praedicatum subjecto *necessario* convenire aut non convenire. — Praecipua *tempora* (čas) sunt tria: *praesens* (prítomný), *praeteritum* (minulý) et *futurum* (budúci). — *Numeri* sunt duo: singularis et pluralis. *Dualis* in vslov. včechica olim et in quibusdam recentiorum dialectorum slav. hodiedum vigens apud Slovenos et Bohemos exolevit. — *Personae* (osoba) tres distinguuntur: prima, secunda et tertia. — In tempore praeterito praeterea *generis* quoque ratio habetur.

§. 45. *Formatio modorum.*

1) Formatio *indicativi* et *conjunctivi* cum formatione temporum utriusque coincidens exponitur in §. seq.

2) Suffixum *imperativi* praesenti tantum tempore gaudentis est vocalis *i*, quae post alias vocales thematis abit in *j*, cum consonis thematis vero aut colliquescit aut in sua comparet forma. Facillime autem deducitur a 1-ma pers. Ind. praes. ceu themate hoc modo:

a) A verbis f. I. radicis in *a*, *e*, *u* desinentis, f. V. gen. primi et ab omnibus f. VI. mutato *á* in *a*, apud Bohemos in *e* (§. 8. 2) positoque *j* pro *m* et *jem*, e. g. dám: daj, znám: znaj, kĺajem: kĺaj, prajem: praj, volám: volaj, padám: padaj, dávam: dávaj, krájam: krájaj, pozlácam: pozlácaj, sháňam: sháňaj etc. čech. dej, znej, klej, přej, volej, padej, dávej, krájej, pozlácej, sháněj; hrejem: hrej, vejem: vej, chvejem: chvej etc. čech. hřej, věj, chvěj, (sic etiam: *nadej* imple, *prispej* succurre, čech. naděj, prispěj, *pěj* cane a verbis f. III. nadejem, prispejem, pěji; verba f. III. 1mi generis, quorum ultima radicalis non est *r*, medio *e* recipiunt *j*, e. gr. bdiem: bdej, hliviem: hlivej, hoviem: hovej, chromiem: chromej etc. čech. bděj, hověj, chroměj); du-jem: duj, ču-jem: čuj, žu-jem: žuj, boj-ujem: bojuj, pan-ujem: panuj etc. (sic etiam: stoj, boj sa, čech. stůj sta,

boj se time a stojím, bojím sa ad formam III. relatis). Verba f. I. radicis in *i* et *y* desinentis apud Bohemos longis *í* et *ý* (contractione regulari ortis ex *ij* et *yj*), apud Slovenos brevibus *i* et *y* gaudent in Imperativo, e. g. *pí* bibe, *bí* verbera, *ší* sue, *ží* vive etc. *krý* tege, *mý* lava, *rý* fodi, *vý* ulula etc. vel resoluto *ý* in *ej*: krej, mej, rej, vej (§. 2. B.), slovenice: pi, bi, ši, ži, kry, my ry, vy (§. 13. A. g.).

b) Ab anomalis f. I. nro 1mo adlatis (demto *stanem*, quod habet *staň*), ab omnibus f. II. radicis clausae pro *em* posito *i*, e. g. pnem: pni, tnem: tni, žnem: žni, pojmem: pojmi, vezmem: vezmi, padnem: padni, kvitnem: kvitni, tiahnem: tiahni, schnem: schni etc. Eodem modo etiam a verbis f. III. gener. primi ultimae *r*, e. gr. mrem: mri, črem: čri, vrem: vri, zrem: zri, strem: stri, drem: dri; *zriem* maturesco habet *zrej*. Adde: *rvi*, *zvi*, *pošli* mitte ab anomalis f. I. rvem, zvem, pošlem; čech. *čti* lege a *čtu*, *lži* mentire, *žži* accende a *lhu*, *žhu* mutato *h* in *ž*, *rci* dic a *řku* mutato *k* in *c*, *jdi* ito a *jdu*, slov. *iď* ab *idem*. *Chcem* volo habet *chci* et *chcej*, čech. *chtěj*.

c) Colliquescit *i* cum ultima radicali in Imperativo verborum f. I. *radicis clausae*, e. gr. nes-iem: nes fer, vlečiem: vleč, strižiem: strižˇ tonde, kladiem: klaď, pletiem: pleť, vediem: veď, stelem: steľ, kolem: koľ, (sic etiam: *meľ*, *peľ* a verbis f. III. *melem*, *pelem* v. *plejem*), berem: ber, perem: per, derem: der, žerem: žer v. žri quasi a *žrem*, *žreť* (f. III.), ženiem: žeň, budem: buď etc. formae II. *radicis apertae*, e. g. viniem: viň, hyniem: hyň, miniem: miň, hrniem: hrň etc. formae III. 2di et 3tii gen. e. g. horím: hor, letím: leť, visím: vis; kričím: krič, bežím: bež, slyším: slyš, pištím: pišť etc. vidím: viď v. mutato *d* in *dz*: *vidz*, čech. *viz* vide; viem: *vedz*, čech. *věz* scito, sic etiam: po-vedz, od-po-vedz etc. čech. pověz dic, odpověz responde; *ští́m* et *myslím* habent: *šti* minge et *mysli* cogita; formae IV. e. g. činím: čiň, plním: plň imple, pálim: páľ crema, sadím: saď, tratím: trať, pojím: poj, hnojím: hnoj, nosím: nos, vozím: voz, robím: rob, lapím: lap, poškvrním: poškvrň inquina, potvrdím: potvrď robora, pustím: pusť mitte, svedčím: svedč testare, polepším: polepš emenda etc. at modlím sa habet: modli sa ora, bláznim sa insanio: blázni sa, patrím: patri, čech. patř specta; osvetlím: osvetli illumina, vyjadrím: vyjadri e-

nuclea aliaque ex usu discenda; formae V. 2di gen. e. g. hýbem: hýb move, kopem: kop, oriem: or, čech. oř, zobem: zob, hádžem: hádž, sádžem: sádž, píšem: píš, lížem: líž etc. verba in Ind. *ám* et *em* praeseferentia imperativo quoque duplici gaudent, e. g. štebotám: štebotaj et štebocem: šteboc, ligotám sa: ligotaj sa et ligocem: ligoc sa; trestám: trestaj et trescem: tresci pro *tresc* puni, reptám: reptaj et repcem: repci pro *repc* blatera, šeptám: šeptaj et šepcem: šepci pro *šepc* etc. Sic etiam káram: káraj et kárem: kár, čech. kář, orám: oraj et or, hybám: hybaj et hýb, zobám: zobaj et zob etc.

§ 46. *Formatio temporum.*

A) *Indicativus* modus sequentibus temporibus gaudet: I. *Praesenti,* cujus formatio §. 43. exposita est. II. *Praeterito,* quod duplex est: *perfectum* (dokonaný) videlicet et *plusquamperfectum* (dávnodokonaný); utrumque tamen nonnisi circumscriptum. Et quidem: 1) *praeter. perfectum* constat participio praeteriti activi, cujus formationem §. cit. exhibui et praesenti verbi auxiliaris: *som* sum, *si* es; pl. *sme* sumus, *ste* estis (cfr §. 49), e. g. sing. *pil som* bibi, *pil si* bibisti, *pil* bibit; plur. *pili sme* bibimus, *pili ste* bibistis, *pili* biberunt; 2) *praeter. plusquamperfectum* constat itidem participio praet. act. et praeterito perfecto verbi auxiliaris: *bol som* fui, *bol si* fuisti, *bol* fuit; pl. *boli sme* fuimus, *boli ste* fuistis, *boli* fuerunt, e. g. *bol som pil* biberam, *bol si pil* biberas, *bol pil* biberat; pl. *boli sme pili* biberamus, *boli ste pili* biberatis, *boli pili* biberant. III. *Futuro,* quod in slov. lingua non duplex, ut Štúr putat (Nauka p. 79.), sed triplex est: *simplex* (prostý) nimirum, *compositum* (složený) et *circumscriptum* vel *periphrasticum* (opísaný). De singulis, praeeunte summo Dobrovio (Inst. p. 374 et seq.) haec moneo:

1) *Futurum simplex* a forma praesentis terminatione non differt. Hinc eodem modo inflectuntur futura, quo praesentia. Sunt etiam non pauca verba singularia formae I. II. et IV., quibus actio aut status subito transiens denotatur, quae sub forma primigenia non praesens, sed reipsa futurum sistunt et idcirco *perfectiva* vocantur (§. 41. IV.); praesens vero, cum id diutius duret, ab alia forma (V. et VI. rarius III.), qua longior mora designatur, sumere solent. Sic *budem* (ero) natura sua futurum est, quod praesens *som* (sum) ab alio themate mutuatur. Praesens autem *bývam* (sum

freq.) a frequentativo *bývať* singularis verbi *byť* (esse) formatum est. Hic saltem aliqua futura primigenia praeter *budem* subjungamus. Et quidem formae I. *dám* dabo: *dávam* do; formae II., quae proprie futurorum unitatis est (complectitur tamen etiam non pauca praesentia), e. g. *bliskne sa* fulgurabit *(semel,* quod in reliquis quoque formae hujus futuris subintellige): *bliská sa* fulgurat, *bodnem* pungam: *bodám* pungo, *buchnem* pulsabo: *búcham* pulso, *duchnem* flabo: *dúcham* flo, *dychnem* spirabo: *dýcham* spiro, *dupnem* calcabo: dupkám, *fuknem* flabo: fúkam, *hvizdnem* fistulabo: hvízdam, *chlipnem* lambendo bibam: *chlipem* bibo, *kapnem* vel *kvapnem* stillabo: kapkám vel kvapkám; *klăknem* vel *kľaknem*, čech. *kleknu* flectam genua: klăkám v. kľakám, čech. klekám; *kopnem* calcitrabo: *kopem* calcitro, *lähnem* vel *ľahnem*, čech. *lehnu* decumbam: líham, *mihnem* nictabor: míham, *miniem* consumam: míňam, *padnem* cadam: padám, *prdnem* pedam: *prdím* pedo (f. III.), *reknem* dicam: riekam, čech. říkám; *sädnem* vel *sadnem*, čech. *sednu* considebo: sädam vel sadám, čech. sedám; *svitne* lucescet: *svitá* lucescit, *stanem* stabo: stojím (f. III.), *seknem* secabo: sekám, *trhnem* rumpam: trhám. Plura exempla vide in Epig. slov. p. 87. — Formae IV. *hodím* jaciam: *hádžem* jacio, *chytím* et *lapím* capiam: *chytám* et *lapám* capio, *kročím* et *stúpim* gradiar: *kráčam* et *stúpam* gradior, *skočím* saliam: *skáčem* salio, *kúpim* emam: *kupujem* emo, *pustím* mittam: *púšťam* mitto, *ruším* movebo: *rúšam* moveo; *sľúbim,* čech. *slíbím* promittam: *sľubujem, slibuji* promitto; *strčím, sotím* trudam: *stŕkam, sácam* trudo, *strelím* jaculabor: *strieľam* jaculor, *stavím* sistam: *staviam* sisto, aedifico; *trafím* tangam: *trafiam* tango, *vrátim* restituam: *vracam* restituo. Plura perfectiva sub f. IV. vix comparent. Formae V. *nechám* sinam: *nechávam* sino.

2) *Futurum compositum* formatur, si praesenti verbi simplicis quaepiam praepositionum §. 42. B. 2) adlatarum praefigatur. Quaelibet enim praepositio verbo praefixa hoc ipso, quod significatum ejus vario modo determinet, ipsum etiam tempus ita restringit, ut praesens verbi simplicis in compositis futurum evadat, seu verbum *imperfectivum* in perfectivum mutetur, *perfectivum* vero perfectivum esse non desinat. Sic e. gr. si verbis imperfectivis *vediem* duco, *lejem* fundo etc. et perfectivis *dám* dabo, *hodím* jaciam aliisque sub 1) adductis praefigas *vy* ex, *pod* sub, *roz* dis etc. habebis perfectiva seu sub forma praesentis futurum sistentia: *vyvediem* educam,

podvediem subducam vel seducam, *rozvediem* diducam; *vylejem* effundam, *podlejem* suffundam, *rozlejem* diffundam; *vydám* edam, *poddám* subdam, *rozdám* distribuam; *vyhodím* ejiciam, *podhodím* subjiciam, *rozhodím* disjiciam, quorum praesens itidem a respondentibus frequentativis aut iterativis (f. V. et VI.) petendum est: *vyvádzam* educo, *podvádzam* subduco, *rozvádzam* diduco; vy-pod-roz-*lievam* effundo etc. vy-pod-roz-*dávam* edo etc. vy-pod-roz-*hadzujem* ejicio etc. Quaepiam numero pauca praesens suum ab alio themate mutuantur, uti: *budem* a *som;* composita e *ložím* a frequentativo *kládam* verbi *kladiem* pono, e. g. vyložím exponam: vykládam expono; preložím transponam, vertam: prekládam transpono; rozložím disponam: rozkládam dispono etc. *položím* ponam: *kladiem* pono; *vez-mem* sumam: *berem* sumo. — Frequentissimi autem usus in formando futuro sunt praepositiones *u* et *po*, it quidem, ut propriam subinde significationem fere amittant, e. gr. umyjem lavabo; pójdem, čech. půjdu ibo, ponesiem portabo, poveziem veham, položím, umrem moriar, uvidím videbo, ukojím pacabo, uverím credam, pohubím v. pokazím destruam etc. — Non est tamen praepositionum tanta vis, ut etiam praesens frequentativorum et iterativorum a verbis singularibus aliarum formarum deductorum in futurum convertere possint. Exempli causa vide praesentia paulo ante adducta. Composita e *hádžem* jacio, *skáčem* salio, *sádžem* pono: vyhádžem ejiciam, rozhádžem disjiciam; vyskáčem exsiliam; vysádžem exponam etc. tantum sub f. VI. praesens exprimunt: vyhadzujem ejicio, vyskakujem exsilio, vysadzujem expono. — Composita: zá-vidím invideo, ne-ná-vidím odi, pred-vidím praevideo, zá-visím dependeo, zá-ležím consto, ná-ležím v. pri-ná-ležím germ. ich gehöre et Čechis solis propria: pří-sedím assideo, pří-stojím adsto, pří-sluším (slov. pri-slúcham id quod *náležím)*, pří-držím se (pri-dŕžam sa) detineo me a verbis f. III. productis more secus insolito praepositionibus formata praesentia sunt; quia significatione nimium quantum differunt a simplicibus.

3) In slovenica aeque ac in čech. dialecto complura *imperfectiva* verba occurrunt, quae correspondente *perfectivo* carent, vel quia cum praepositionibus non sunt in usu, vel quia eorum *composita* significatione nimium quantum differunt a simplici, e. g. mať habere, museť debere, móci posse, smieť audere, chceť velle, ráčiť dignari, voleť malle; závideť invidere, nenávideť odisse aliaque com-

posita paulo ante adducta. Horum et similium futurum Slavi, uti Germani, ope futuri aux. verbi et infinitivi exprimunt, e. g. *budem mať* habebo, *budeš mať* habebis; *bude mať* habebit; *budeme mať* habebimus, *budete mať* habebitis, *budú mať* habebunt. Futurum hoc modo formatum *circumscriptum* audit designatque actionem aut statum diutius duraturum, duo priora futura contra subito transiturum. Hinc, si actio aut status diutius duraturus exprimendus sit, alia quoque imperfectiva correspondentibus perfectivis haud destituta futurum circumscriptum postulant, potest et solet e. g. dici *budem kupovať* emam, *budem dávať* dabo etc. at nunquam: budem *kúpiť*, budem *dať;* nam *kúpim* et *dám* jam sub forma praesentis futuram actionem momento absolvendam exprimunt.

B) *Conjunctivus* modus duobus pollet temporibus: 1) *imperfecto* (nedokonaný), quod non raro praesentis quoque vicibus fungitur circumscribiturve ope obsoleti praeteriti aux. verbi (§. 49.) et participii praet. activi, e. g. *pil bych* v. *bysom* biberem, *pil bys* v. *bysi* biberes, *pil by* biberet; pl. *pili bysme,* čech. *bychom* biberemus, *pili byste* biberetis, *pili by* biberent; 2) *plusquamperfecto,* quod imperfecto conjunctivi aux. verbi et itidem participio praet. act. constat, e. g. *bol bych* v. *bysom pil* bibissem, *bol bys* v. *bysi pil* bibisses, *bol by pil* bibisset; pl. *boli by sme pili* bibissemus, *boli by ste pili* bibissetis, *boli by pili* bibissent.

§. 47. *Persona et copula.*

I. Subjectum activitatis aut status verbo expressi *persona* audit designaturque literis aut syllabis radici vel stirpi immediate aut medio *copulae* (spojňa) suffixis, quae idcirco et ob distinctionem a *suffixis thematicis* (tvorky §. 42. A. c) *suffixa personalia* (koncovky osobné) vocantur, suntque omnes aut obsoleta, aut hodiedum usitata, plus minus detorta, pronomina personalia. Et quidem: 1) Suffixum 1ae pers. sing. Ind. praes. apud nos (demto unico *rek-u* inquam) est semper *m*, quod cyrillica tantum in anomalis quibusdam, uti *ja-m'* edo, *snie-m'* comedo, *vie-m'* scio, *dám'* dabo, *jes-m'* sum retinuit; in reliquis vero cum nasali *a̧* seu *on* permutavit: pi-ja̧, nes-a̧ etc. slov. pi-jem, nes-iem (cfr Instrumentalem foem. in *om* cum cyrillico in *a̧* pag. 61. 2.). Bohemi in verbis f. I. rad. clausae in omnibus f. II. et quibusdam f. III. pro *m,* vslov. *a̧* eodem modo usitant *u,* quo in r*u*ka, m*u*ka etc. pro vslov. r*a̧*ka, m*a̧*ka; in verbis f. I. radicis vocalibus: *e, i, y* et *u* terminatae, in omnibus f. V. gen.

2di, f. VI. et quibusdam f. III. pro *u* ob praecedentem mollem ponunt *i;* in reliquis vero more Slovenorum adhibent *m*. Exempla vide §. 43. — Suffixum *m*, quod, ut molle *jer* (vocalium *e* et *i* vices gerens §. 3. 1.) in cyrillica post *m* conspicuum docet, e *mi*, suffixo 1ae p. in sanscr. et ex parte etiam graeca usitato, abjecto *i* (§. 12. 3. c) ortum est, nil aliud esse, quam obsoletum pron. 1. pers. patet: a) e compluribus casibus pronominis dicti et possessivis linguarum indoeuropaearum ab eo ceu radice formatis, e. gr. slov. *mňa, mne, mi, ma; mój;* lat. *mei, mihi, me; meus;* germar. *meiner, mir, mich* etc. b) e zingarica, aeque indoeur. lingua, in qua *mi* hodiedum est id, quod nostrum *já*, lat. *ego*. 2) Suff. 2ae p. est *ś*, sanscr. et vslov. in anomalis supra adlatis *si* (*da-si* das, *ja-si* edis etc.) secus *śi* ut in včechica, latine et graece *s*, germ. *s-t*, quocum cfr atticum pron. 2. pers. *sy*, ita se habens ad doricum et slav. *ty*, lat *tu*, germ. *du*, sicut včechicum *sien* ad *ten* hic (§. 28.). 3) Suff. 3ae p. in lat. germ. et russica ut *t*, in vslov. et včechica ut *ť* vigens tantum in aux. verbo superest: jes-*t*-o, čech. jes-*t* est; nie-*t*-o, nie-*t* non est, in reliquis excidit. 4) 1ma pers. plur. Ind. praes. et Imperativi designatur suffixo *me* (včech. et polonice *my*), quod a *my* = *nos* ita differt, sicut Nom. pluralis Zoliensium in *e: ruke, nohe* ab usitatiori in *y: ruky, nôky* (§. 2. B). 5) 2a p. pl. exit in *te*. 6) Suffixi 3ae p. quod in sanscr. est *anti*, in dorica dialecto *onti*, in vslov. *ę̆t* vel *ą̆t*, in lat. *nt*, in germ. *n*, olim *nd* (ut in *si-nd)*, litera *t* apud nos et Bohemos, ut in singulari, ita et hic excidit; pronomen autem 3ae pers. *an* seu *on* ille, in vslovenica colliquescens in nasale *ę* v. *ą*, vel comparet ut *i-a*, bern. *á*, čech. *í;* vel ut *ú*, čech. *ou*, post molles *í*.

II. De *copula*, ope cujus suffixa pers. in Ind. praesenti futurisque a forma praesentis terminatione non differentibus et in Imperativo radici v. stirpi verbi junguntur, nota: 1) Verbis f. I. radicis in *a* exeuntis suffixum 3ia p. pl. accedit medio *j*, reliquarum immediate, e. g. dá-m, dá-š; dá-me, dá-te, da-j-ú; reliquis rad. apertae et omnibus f. VI. suffixum 3. p. pl. (in boh. etiam 1-mae sing.) medio *j*, aliarum medio *je*, e. g. pi-je-m, čech. pi-j-i, pi-je-š, pi-je; pi-je-me, pi-je-te, pi-j-ú, čech. pi-j-í. 2) Verba f. I. rad. clausae et f. II. rad. apertae suffixum 3ae personae pl. (in boh. etiam 1. sing.) sine copula, reliquarum medio *ie*, čech. et bern. *e* recipiunt, ante quod gutturale *h* in *ž*, *k* in *č; d, l, n, t* vero

Sloveni, non item Čechi, emolliunt, e. g. ved-ie-m, ved-ie-š etc. ved-ú; čech. ved-u, ved-e-š etc. ved-ou; bern. veď-e-m, veď-e-š etc. ved-ú; — peč-ie-m, peč-ie-š, peč-ie; peč-ie-me, peč-ie-te, peč-ú; čech. pek-u, peč-e-š, peč-e; peč-e-me, peč-e-te, pek-ou; bern. peč-e-m, peč-e-š etc. 3) Verba f. II. rad. clausae, anomala f. I. nro 1. et 2. adlata, f. V. gen. 2di eisque similia anomala f. I. nro 3. posita suffixum 3. p. pl. (in boh. etiam 1. sing.) assumunt immediate, reliquarum ope *e*, ante quod *n* et *l* tantum Sloveni emolliunt, e. g. padn-e-m, čech. padn-u, padn-eš, padn-e etc. bern. padň-e-m, padň-e-š etc. píš-e-m, čech. píš-i, píš-e-š etc. 4) Verbis f. III., IV. et V. gen. 1mi suffixa 1., 2. et 3. sing. 1. et 2. pers. pl. medio characterum *ie* v. *e*, *i* et *a* junguntur, suffixum 3. pers. pl. vero (demtis verbis f. III. gen. 2di et 3ii, omnibusque f. IV.) ope *j*, e. g. bd-ie-m, chc-e-m, lež-í-m, čin-í-m, vol-á-m; bde-j-ú, chce-j-ú, lež-ia, čin-ia, vola-j-ú. (cfr §. 50). 5) Suffixa 1. et 2. p. pl. Imperativi *me* et *te* immediate accedunt 2. p. singulari, cujus formatio §. 45. 2) est exposita, e. g. daj-me, daj-te; nes-me, nes-te; choď-me, choď-te; padni-me, padni-te; čech. mutato *i* in *ě*: padně-me, padně-te. 3ia pers. sing. et pl. formatur a 3ia pers. Ind. praefixo *nech* v. *nach* (sine a *nechať* sinere), čech. *ať* (ut), e. gr. *nech dá* det, *nech dajú* dent; *nech chodí* ambulet, *nech chodia* ambulent; *nech padne* cadat, *nech padnú* cadant; čech. ať dá, ať dají; ať chodí etc.

§. 48. *Infinitivus, participium et gerundium.*

Formae flexionis, quas verbum in quocunque trium supra expositorum modorum stans praesefert, *vi enunciandi* pollent et idcirco a Germanis recte vocantur *sententiales* (Redeformen), reliquae vero vi hac destitutae *nominales* (Nennformen) audiunt suntque duae: *infinitivus* (neurčitý) et *participium* (účastie, čech. příčestí). Medio loco has inter et illas stat *gerundium* seu *transgressivus* (prechodník). De singulis sequentia observo: I. Formationem infinitivi, tenorem verbi (activitatem aut statum) sine ullo respectu temporis, numeri et personae seu sub forma *substantiva* sistentis (cfr germ. *das Schlagen*, graecum *to typtein)*, sub qualibet forma (§. 43.) exhibui. *Supinum* ab infinitivo duro *t* distinctum: *spat* dormitum, *ležat* cubitum et in vslov. ac včechica olim, in croatica vero hodiedum vigens (Instt. p. 393.) apud nos et Čechos exolevit. II. Par-

ticipiorum, tenorem verbi sub forma *adjectiva* sistentium et gerundiorum in slov. lingua sequentes species discernuntur:

1) *Participium praesentis activi* v. *gerundium praesentis*, quod potiori parti Slovenorum per omnia genera et utrumque numerum syllaba *úc* et *iac*, praecedente longa: *uc* et *ac*, pol. *ąc* et *iąc*, germ. *end* terminatur, facillimeque deducitur a 3a p. pl. Ind. praes. adfixo *c*, e. gr. dajú: dajúc dando; píšu: píšuc scribendo; robia: robiac faciendo, vráťa: vráťac restituendo. Bohemi masculinum hujus transgressivi a 3ia p. pl. Ind. pr. posito *a* pro *ou*, *ě* v. *e* pro *í* (vslov. *y*, *ę* et *ię*) et quidam Slovenorum pro *ú* et *á* posito *a* deducunt, e. g. nesou: nesa, vinou: vina; robí: robě, vrátí: vrátě, dají: daje, píší: píše etc. slov. *nesa* ferendo, *vina* volvendo; roba, vráťa, daja, píša; foemininum vero suffixa 3iae pers. plur. litera *c*: nesouc, vinouc; robíc, vrátíc, dajíc, píšíc; hincque adjecto *e* pluralem omnium trium generum: nesouce, vinouce; robíce etc. 2) *Participium praes. passivi*, in vsloven. et včechica vigens, ope *m* formatum, e. g. zná-m, zná-ma, zná-mo notus, a, um *in praesenti* vel qui, quae, quod noscitur, apud nos tantum in substantivis, adjectivis verbisque ab eo deductis (§. 33. et 42. A. 3.) superest. 3) In *participio praet. activi*, de quo sub qualibet forma (§. 43.) egi, temporibusque praeteritis Ind. et Conj. ab eo deductis genus ita designatur, ut in indef. adjectivo *rád* (§. 36. A), e. g. m. pil, f. pil-a, n. pil-o; pl. m. pil-i, f. et n. pil-y, čech. f. pil-y, n. pil-a; *praeteritum:* m. pil som, f. pila som, n. pilo som bibi etc. Vocalis copulans *o* verborum f. I. rad. clausae accedente terminatione generica expungitur; *ie*, bern. *é* vero corripitur, e. gr. v*ie*dol, bern. v*é*dol, f. vedla, n. vedlo etc. 4) Suffixum *transgressivi praeteriti* Bohemis solis proprii in masc. genere est *v*, quod pro *l* participii praet. act. ponitur, e. g. dal: dav dando *in praeterito* vel dum dedissem, -es, -et; pil: piv, padnul: padnuv etc. Excipe tamen verba f. I. rad. clausae. Haec enim *v* plane respuunt et rejecto *u* ipsa syllaba radicalis praeteritum gerundivi constituit, e. g. nes a *nesu*, plet a *pletu* etc. Affigitur autem huic gerundio in foem. *ši:* dav-ši, nes-ši; in plurali per o. t. g. *še:* dav-še, nes-še. 5) *Participium praeter. passivi* ope *n* et *t* formatur, et quidem: a) a verbis f. I. radicis in *a*, ab omnibus f. III. V. et VI. pro *l* participii praet. act. posito *n*, e. gr. dán datus, viděn visus, volán vocatus, milován amatus; a verbis f. I. rad. clausae ope *en*, ante quod radicale *h*

in ž, *k* in č mutatur, *d, n, t* vero tantum in slovenica emolliuntur, e. g. strih: strižen rasus, vlek: vlečen tractus; ved: veden ductus etc. a verbis f. IV. aeque ope *en*, ante quod Bohemi saepius mutant *d* in *z*, *t* in *c*, *s* in *š*, *z* in *ž*, *st* in *šť*, *sl* in *šl*, e. g. souditi: souzen judicatus, chytiti: chycen captus, prositi: prošen rogatus, pustiti: puštěn missus, mysliti: myšlen cogitatus; post intransformatas *d* et *t*, nec non post *n* pro *en* ponunt *ěn*, e. g. shromážděn congregatus, ctěn honoratus, činěn factus. In *zatracený* damnatus Sloveni distinctionis ergo a *zatratený* deperditus *ť* mutant in *c*; in compositis vero e *rodiť*, uti *narodzený* natus, *urodzený* wohlgeboren etc. *ď* in *dz*. b) A reliquis formae I. radicis apertae, omnibus formae II. et anomalis formae I. nro 1. adlatis pro *l* participii praet. act. posito *t*, e. g. bil: bit verberatus, kul: kut cusus, myl: myt lotus, vinul: vinut, počal: počat coeptus, rozpial: rozpiat distensus, sial: siat seminatus etc. Genus in hoc participio et in passivo ejus ope circumscripto Bohemi ita prorsus designant ut in *rád;* Sloveni contra et Poloni ut in adject. definitis (§. 36. B), e. g. m. dán, f. dan-a, n. dan-o; pl. m. dan-i, f. dan-y, n. dan-a; bit, -a, -o; bit-i, -y, -a; slov. dan-ý, dan-á, dan-é; pl. m. dan-í, f. et n. dan-é; bit-ý, -á, -é; bit-í, -é. — Participia praet. pass. a verbis intransitivis deducta complementum aut consummationem status verbo intrans. expressi designant, e. g. *vyspatý*, *á, é* qui, quae, quod dormivit, quantum satis; *rozpadnutý* qqq. plene concidit, *umretý* mortuus, *uschnutý* qqq. plene exaruit etc. (cfr §. 41. I. b)

Nota. Medio participiorum et gerundiorum substantiva, adjectiva et verba formari, §§. 33. et 42. dictum fuit.

§. 49. *Conjugatio aux. verbi:* byť.

Ind. praesens:		čech.		Pl.	čech.	
Sing. 1. som		jsem sum,		sme	jsme sumus,
2. si		jsi es,		ste	jste estis,
3, je, jesto		jest est.		sú	jsou sunt.

Praeteritum: M.	F.	N.		
Sing. 1. bol,	bola,	bolo	som	fui
čech. byl,	byla,	bylo	sem	fui,
2. „	„	„	si	fuisti,
3. „	„	„		fuit.

Plur. 1.	boli,	boly,	boly sme fuimus
čech.	byli,	byly,	byla sme fuimus,
2.	„	„	„ ste fuistis,
3.	„	„	„ fuerunt.

Futurum: čech. — čech.

Sing. 1.	bud-em	-u ero,	Pl. bud-eme	-eme erimus,
2.	bud-eš	-eš eris,	bud-ete	-ete eritis,
3.	bud-e	-e erit.	bud-ú	-ou erunt.

Imperativus:	čech.	Pl. 1.	buďme	čech.	buďme simus,
Sing. 2. buď	buď esto,	2.	buďte	„	buďte sitis,
3. nech je	ať jest sit.	3.	nech sú	„	ať jsou sint.
vel nech bude	ať bude		nech budú	„	ať budou

Imperf. Conj.	M.	F.	N.	
Sing. 1.	bol,	bola,	bolo bych vel bysom	essem
čech.	byl,	byla,	bylo bych	essem,
2.	„	„	„ bys vel bysi	esses,
3.	„	„	„ by	esset.
Pl. 1.	boli,	boly,	boly bysme	essemus
čech.	byli,	byly,	byla bychom	essemus,
2.	„	„	„ byste	essetis,
3.	„	„	„ by	essent.

Infinitivus: byť, čech. býti esse.
Transgr. praes.: súc, čech. m. jsa, f. jsouc, pl. jsouce seiend.
Transgr. praet.: čech. m. byv, f. byvši, pl. byvše dum essem, es, et etc.
Subst. verbale: bytie vel bytia, čech. bytí das Sein.
Adjectiva verbalia: súci, a, e seiender, e, es, lat. ens; budúci, a, e futurus, a, um; byvší, ia, ie gewesener, e, es; čech. jsoucí, budoucí, bývší omnium trium generum.

Notae: 1) Vides sicut omnium fere populorum, ita et Slavorum verbum substantivum esse conflatum e tribus radicibus: *jes*, *bu* et *by*, quibuscum confer lat. *es*, *fu* et *fi*, germ. *ist*, *bin* et *wesen*. 2) In *bych*, *bys*, *by* (olim *bysť*); *bychom*, *byste*, *by* (olim *bycha*, vel *byše*,) habes exemplum praeteriti obsoleti, quod in vsloven. včech. et illyrica dialecto et reliqua omnia verba fundunt, e. g. *pich* bibi, *pi* vel *pis* bibisti, *pi* bibit; *pichom* bibimus, *piste* bibistis, *picha*, vel *piše*, biberunt. Quidam Slovenorum suffixum 1ae pers. sing. *ch* praemissae voci vel participio praet. act. junctum

hodiedum usitant ad 1mam pers. praeteriti exprimendam pro *som*, e. gr. *já-ch pil* ego bibi; *pil-ch*, f. *pila-ch*, n. *pilo-ch* bibi; *nikdy-ch nepil* nunquam bibi; *že-ch pil* quod biberim etc. pro já *som* pil, nikdy *som* nepil etc. (Cfr polonicum praeteritum ope *m* formatum: *byl-em*, f. *byl am*, n. *bylo-m* fui pro *byl jesm* etc. *gdy-m byl* pro *gdy bylem* dum fui etc. Smith p. 66. 67). 3) *Plusquamperfectum Ind.*, quod rari est usus, obtinebis praeterito adjiciendo *bal*, e. gr. bol som bol fueram etc. *Imperfectum* autem frequentativo *bývał* jungendo praesens, e. g. býval, -a, -o som eram; pl. býval-i, -y sme eramus etc. denique *plusquamperfectum* Conj. imperfecto Conj. addendo *bol*, e. g. bol bych bol, bola bych bola, bolo bych bolo fuissem etc. 4) Bohemi *j* in 1. 2. pers. sing. omnibus pl. et in ger. praes. tantum praecedente vocali efferunt, e. g. in negativo: nejsem, nejsi; nejsme, nejste, nejsou; nejsa etc. In periphrasi temporum praet. quidam retinent, alii expungunt *j*. Pro *nejest* non est Bohemi dicunt *není* (§. 12. 2. a), Sloveni *niet* et *není*. Litera *j* et in slov. negativo auditur: nejsom, nejsi; nejsme, nejste, nejsú, quod quidam in: niesom, niesi; niesme, nieste, niesú detorquent. 5) Pro *sú* usitatur et *sa* per apocopen ortum e vslovenico *sať*.

§. 50. *Conjugatio concretorum verborum.*

Spectatis characteribus formarum §. 43. expositarum flexio concr. verborum ad sequentes conjugationes reduci potest:

Conjugatio I.

Duobus paradigmatibus absolvitur, quorum primum: *bijem* caedo sequuntur verba f. I. rad. apertae, seu vocalibus: *i* et *y* terminatae, uti piť, šiť, žiť; kryť, myť etc. quoad omnia; ultimae radicalis *u* demto Imperativo, qui exit in *j*; anomala f. I. ult. radicalis *a* et *e*, uti pra-jem, kľa-jem, hre-jem, sejem etc. quoad praesens Ind. et Ger. cum Imperativo in *j*. Ad secundum vero: *vediem* duco pertinent verba f. I. rad. clausae:

Indicativus praesens:

	1.	čech.	2.	čech.	bern.
S. 1.	bi-jem	bi-ji,	ved-iem	ved-u,	-'em,
2.	bi-ješ	-ješ,	ved-ieš	-eš,	-'eš,
3.	bi-je	-je.	ved-ie	-e.	-'e.
Pl. 1.	bi-jeme	-jeme,	ved-ieme	-eme,	-'eme,

	2. bi-jete	-jete,	ved-iete	-ete,	-'ete,
	3. bi-jú	-jí.	ved-ú	-ou.	-ú.

Imperativus:

S.	2. bi	bí.	veď	veď.
Pl.	1. bi-me	bí-me,	veď-me	veď-me,
	2. bi-te	bí-te.	veď-te	veď-te.

Gerundium praesentis:

S.	M. (bija)	bi-je,	(veda)	ved-a,
	F. bi-júc	-jíc,	ved-úc	ved-ouc,
	Plur. (bi-júce)	-jíce.	(ved-úce)	ved-ouce.

Infinitivus:

bi-ť	bí-ti.	vies-ť	vés-ti.

Participium praeteriti activi:

S.	M. bi-l	bi-l,	vied-ol	ved-l,
	F. bil-a	bil-a,	vedl-a	vedl-a,
	N. bil-o	bil-o.	vedl-o	vedl-o.
Pl.	M. bil-i	bil-i,	vedl-i	vedl-i,
	F. bil-y	bil-y,	vedl-y	vedl-y,
	N. bil-y	bil-a.	vedl-y	vedl-a.

Ger. praet. čech. m. bi-v, ved; f. biv-ši, ved-ši; pl. biv-še, ved-še.

Participium praeteriti passivi:

S.	M. bi-tý	bi-t,	ved-ený	ved-en,
	F. bit-á	bit-a,	veden-á	veden-a,
	N. bit-é	bit-o.	veden-é	veden-o.
Pl.	M. bit-í	bit-i,	veden-í	veden-i,
	F. bit-é	bit-y,	veden-é	veden-y,
	N. bit-é	bit-a.	veden-é	veden-a.

Subst. verbale: bit-ie, veden-ie v. -ia; čech. bití, vedení.

Notae: 1) Ultimae radicales *h* et *k* verborum 2-i parad. in slovenica per integrum praesens, in bohemica tantum per intermedias personas (§. 47. II.); in imperativo (§. 45. 2. c) et participio praet. pass. (§. 48. II. 5) transformantur in *ž* et *č*. In ger. praes. Bohemi nunquam, Sloveni raro admodum mutant *h* in *ž*, *k* in *č*, e. g. vlečúc, tečúc, strežúc etc. pro vlekúc, tekúc, strehúc. 2) In *móžem*, móžeš, móže; móžeme, móžete, *móžu* (boh. *mohu*, můžeš, může; můžeme, můžete, *mohou*) ultima ob praecedentem longam corripitur. 3) Tertiam personam singularis et pluralis Imperativi secundum §. 47. II. 5), praeterita vero tempora Indic. et Conjunc.

tenore §. 46. A. II. et B) et in hac et in sequentibus conjugationibus facile formabis. 4) Futura composita: po-vediem ducam, po-nesiem portabo, po-veziem veham, po-leziem serpam, po-tečiem fluam, po-vlečiem traham etc. inflectuntur ut correspondens praesens: vediem, nesiem etc. In futuro circumscripto, quod verba actionem diutius durantem, non subito absolvendam denotantia petunt, tantum auxiliare *budem* moveri, res ipsa loquitur, e. g. *budem* biť caedam, *budeš* biť caedes, *bude* biť caedet etc. *Budem móci* potero; *po-móžem* enim denotat *juvabo,* cujus praesens est: *pomáham* juvo.

Conjugatio II.

Duobus constat paradigmatibus, quorum primum: *viniem,* čech. *vinu* vieo verba f. II. rad. apertae, uti hy-niem, mi-niem, te-niem etc. et ultimae radicalis *l* et *r*: kl-niem, hr-niem etc. secundum vero: *tiahnem,* čech. *táhnu* traho verba f. II. rad. clausae et quoad praesens Ind. Imperf. et Gerundivi etiam anomala f. I. nro 1. uti: počnem, tnem etc. sequuntur.

Indicativus praesens;

	1.	čech.	bern.	2.	čech.
S. 1.	vin-iem	vin-u,	-'em,	tiahn-em	táhn-u,
2.	vin-ieš	-eš,	-'eš,	tiahn-eš	-es,
3.	vin-ie	-e.	-'e.	tiahn-e	-e.
Pl. 1.	vin-ieme	-eme,	-'eme,	tiahn-eme	-eme,
2.	vin-iete	-ete,	-'ete,	tiahn-ete	-ete,
3.	vin-ú	-ou.	-ú.	tiahn-u	-ou.

Imperativus:

S. 2.	viň	viň.	tiahn-i	táhn-i.
Pl. 1.	viň-me	viň-me,	tiahn-ime	-ěme,
2.	viň-te	viň-te.	tiahn-ite	-ěte.

Gerund. praesentis:

S. M.	(vin-a)	vin-a,	(tiahn-a)	táhn-a,
F.	vin-úc	-ouc,	tiahn-uc	-ouc,
Pl.	(vin-úce	-ouce.	(tiahn-uce)	-ouce.

Infinitivus:

vinúť	vinouti.	tiahnuť	táhnouti.

Participium praeteriti activi:

Sing.	vinul, a, o	vinul, a, o.	tiahnul, a, o	táhnul, a, o.
Plur.	vinuli, y	vinuli, y, a.	tiahnuli, y	táhnuli, y. a.

Gerundium praeteriti:

čech. m. vinuv, táhnuv; f. vinuvši, táhnuvši; pl. vinuvše, táhnuvše.

Participium praeteriti passivi:

Sing.	vinut-ý, á, é	vinut, a, o.	tiahnut-ý, á, é	táhnut, a, o.
Plur.	vinut-í, é	vinut-i, y, a.	tiahnut-í, é	táhnut-i, y, a.

Subst. verbale: vinut-ie, tiahnut-ie v. ia; čech. vinutí, táhnutí.

Notae: 1) Litera *u* in 3. pers. pl. Ind. praes., in Ger. praes. et in Infin. 2di parad. ob penultimam longam brevis (§. 13. A. 1.) praecedente brevi producitur ut in 1mo par. e. g. has-nem: hasnú, -úc, -úť; padnem: padnú, -úc, úť etc. 2) Verba ad 2um parad. spectantia in participio praet act. pro *nul* recepto *ol*, čech. *l* formam I. induere (tiahol, tiahla, tiahlo; pl. tiahli, tiahly; padol, padla, padlo etc.), jam sub f. II. nro 4. dictum fuit. Idem valet de infinitivis: *krasť* furari, *pasť* cadere, *bosť* pungere et čech. *do-síci* attingere pro kradnúť, padnúť, bodnúť, dosáhnouti; de čechicis participiis praet. passivi: *na-dšen* inspiratus, *do-tčen* attactus, *za-mčen* clausus pro nadchnut, dotknut, zamknut et' de infinitivo ac participio praet. act. anomalorum formae I. počnem: počal, počať pro počnul, počnúť etc. 3) Praesentibus: hyniem, kradnem, tiahnem, teniem, tisnem, viaznem, moknem, schnem, etc. respondent futura: z-hyniem peribo, u-kradnem furabor, po-tiahnem traham, u-teniem demergar, po-tisnem premam, u-viaznem adhaerebo, z-moknem madefiam, u-schnem arefiam. *Vládnem* potior, regno; *kvitnem* floreo circumscripto tantum futuro gaudent: budem vládnuť, budem kvitnúť. Inchoativa ope *o* formant futurum, e. g. slepnem coecus fio: oslepnem coecus fiam, slabnem debilis fio: oslabnem debilis fiam etc.

Conjugatio III.

Duobus itidem paradigmatibus absolvitur. Ad 1mum eorum: *bdiem,* čech. *bdím* vigilo spectant: a) verba f. III. 1mi generis; b) čechica frequentativa a verbis f. I. radicis in *i* et a f. IV. modo 2o derivata, cum Infinitivo in *eti* v. *ěti:* pijeti, bijeti, pouštěti, sháněti, scházeti, stříleti, zpláceti etc. denique c) čech. inchoativa ratione Infinitivi ad 2um genus verborum f. III. relata. Ad 2m vero: *hládím,* čech. *hledím* aspicio verba f. III. 2di et 3tii generis.

Indicativus praesens:

	1.	čech.	bern.	2.	čech.
S. 1.	bd-iem	bd-ím,	-'ím,	hläd-ím	hled-ím,

	2. bd-ieš	-íš,	-'íš	hläd-íš	-íš,
	3. bd-ie	-í.	-'í.	hläd-í	-í.
Pl.	1. bd-ieme	-íme,	-'íme,	hläd-íme	-íme,
	2. bd-iete	-íte,	-'íte,	hläd-íte	-íte,
	3. bd-ejú	-ějí.	-'ejú.	hläd-ia	-í. (bern. -*'á*)
			Imperativus:		
S.	2. bd-ej	bd-ěj.		hläď	hleď.
Pl.	1. bd-ejme	bd-ějme,		hläď-me	hleď-me,
	2. bd-ejte	bd-ějte.		hläď-te	hleď-te.
			Gerundium praesentis:		
S.	M. (bd-eja)	bd-ěje,		(hläď-a)	hled-ě,
	F. bd-ejúc	-ějíc,		hläd-iac	-íc,
	Pl. (bd-ejúce)	-ějíce.		(hläd-iace)	-íce.
			Infinitivus:		
	bd-ieť v. -eť	bd-íti.		hläd-iet v. -eť	hled-ěti.
			Participium praeteriti activi:		
	S. bdel, a, o	bděl, a, o.		hlädel, a, o,	hleděl, a, o.
	P. bdel-i, y	bděl-i, y, a.		hlädel-i, y	hleděl-i, y, a.

Gerundium praeteriti:

čech. m. bděv, hleděv; f. bděvši, hleděvši; pl. bděvše, hleděvše.
Subst. verbale: bden-ie, hläden-ie v. -ia; čech. bdění, hledění.

Notae: 1) Verba 1mi parad. ultimae radicalis *r;* mreť, čreť, vreť etc. et *mleť* in 3ia pers. pl. Ind. praes. pro *ejú* petunt *ú,* in reliquis vero personis pro *ie* purum *e,* e. g. mr-em, -eš, -e; mr-eme, -ete, *mrú;* mel-em, -eš, -e; -eme, -ete, *meľú;* čech. mru, mřeš etc. *mrou;* meli, meleš etc. *melí. Chcem* habet *chcú* et *chcejú* volunt; *musím* (2di parad.): *musia* et *musejú* debent; *stojím* et *bojím* sa: *stojá* stant, *bojá* sa timent. Recentiores Bohemi pluralem a singulari distinguere volentes etiam 2i parad. verbis in 3a pers. pl. suffigunt *ějí* v. *ejí* pro *í,* e. g. hledějí, visejí etc. Idem faciunt et in verbis IVae Conjug. e. g. *činějí* agunt, *kazejí* destruunt etc. pro *činí, kazí.* 2) Verba radicis apertae, uti *de-jem* apud nos tantum in compositis vigens: na-dejem, odejem etc. *ple-jem;* čech. pě-ji, chvě-ji et similia in praesenti Ind. spectant ad *bijem,* in reliquo ad *bdiem.* 3) Quaepiam verba hujus Conjug. futuro unitatis sub II. forma, alia ope *po* et *u,* inchoativa vero tantum ope *o* formato gaudent, e. g. sedím sedeo: sadnem considebo, ležím jacco:

ľahnem decumbam, prdím: prdnem pedam, kľačím: kľaknem flectam genua etc. letím: poletím volabo, bežím: pobežím curram, vidím: uvidím v. u-*zrem* videbo, mrem: umrem moriar, slyším: uslyším audiam etc. mdliem: omdliem linquar animo, šediviem: ošediviem canescam, černiem: očerniem niger fiam etc. Longius futurum periphrasi obtinetur, c. g. budem sedeť, budem ležať, budem bdeť, budem hľädeť etc. Futurum unitatis verbi *hľädím* est *po-zrem* aspiciam. 4) Participium praeter. ~~pass~~. a transitivis modo §. 48. II. 5. proposito deduces, e. gr. držal: držaný tentus, strel: strený vel stretý stratus, nadel: nadetý impletus etc.

Conjugatio IV. et VI.

Indicativus praesens:

	IV.	čech.	VI.	čech.
S. 1.	čin-ím	čin-ím facio,	milu-jem	milu-ji amo,
2.	čin-íš	-íš,	milu-ješ	-ješ,
3.	čin-í	-í.	milu-je	-je.
Pl. 1.	čin-íme	-íme,	milu-jeme	-jeme,
2.	čin-íte	-íte,	milu-jete	-jete,
3.	čin-ia (bern. -'*á*)	-í (ějí).	milu-jú	-jí.

Imperativus:

S. 2.	čiň	čiň.	milu-j	milu-j.
Pl. 1.	čiň-me	čiň-me,	milu-jme	milu-jme,
2.	čiň-te	čiň-te.	milu-jte	milu-jte,

Gerundium praesentis:

S. M.	(čiň-a)	čin-ě	(milu-ja)	milu-je,
F.	čin-iac	-íc,	milu-júc	-jíc,
Plur.	(čin-iace)	-íce.	(milu-júce)	-jíce.

Infinitivus:

	čin-iť	čin-iti.	milovať	milovati.

Participium praeteriti activi:

Sing.	činil, a, o.		miloval, a, o.	
Plur.	činil-i, y.		miloval-i, y,	f. -*y*, n. -*a*.

Gerundium praeteriti:

čech. m. činiv, milovav; f. činivši, milovavši; pl. činivše, milovavše.

Participium praeteriti passivi:

Sing.	činen-ý, á, é	činěn, a, o.	milovan-ý, á, é	milován, a, o.
Plur.	činen-í, é	činěn-i, y, a.	milovan-í, é	milován-i, y, a.

Subst. verbale: činen-ie, milovan-ie v. -ia; čech. činění, milování.

Notae: 1) Ad parad. *činím* pertinent verba f. IV.; ad *milujem* vero omnia f. VI. 2) Verba f. IV. penultimae longae tenore §. 13. A. 1.) in 3. pers. pl. Ind. praes. pro *ia* petunt *a,* quod post labiales comparet ut *ä,* molles vero *d, l, n, t* non obdurat; in reliquis autem personis *i* pro *í,* e. gr. kúp-im, -iš, -i; ime, -ite, *kúpä;* vrátim: vráťa, chránim: chráňa, hniezdim: hniezďa nidificant. 3) Frequentativa f. IV. a f. I. deducta et fere omnia f. VI. periphrasticum futurum postulant, e. g. budem nosiť, budem voziť etc. budem milovať amabo, budem bojovať pugnabo etc. futurum autem unitatis ab aliis formis petunt, e. g. nosím porto: ponesiem portabo; honím pello: poženiem pellam; kupujem emo: kúpim emam, zhadzujem dejicio: zhodím dejiciam etc. Primitiva f. IV. (a prioribus formis non deducta) longius futurum ope *budem,* brevius ope *po, u, o* et *z,* formant, e. g. činím facio: budem činiť, učiním faciam; teším: budem tešiť, poteším consolabor; verím: budem veriť, uverím credam; žením sa: budem sa ženiť, ožením sa ducam uxorem; plodím: budem plodiť, zplodím generabo etc.

Conjugatio V.

Duo paradigmata complectitur: *volám* voco et *mažem,* čech. *maži* ungo. Ad 1m eorum refer: a) verba f. V. gen. 1mi primitiva eisque conformia frequentativa et iterativa ab aliis formis derivata; b) verba f. I. radicis in *a,* uti dať, znať, dbať etc. Ad 2um vero spectant: a) verba f. V. gener. 2di eisque analoga frequentativa: *hádžem, sádžem* et *skáčem;* b) anomala f. I. ultimae radicalis: *l, n, r* et *v;* uti stelem, steniem, berem, zvem etc. d) anomala f. 1. rad. apertae ratione praesentis Ind. et Ger. ad *bijem* relata: kĺajem, hrejem etc. nec non slovenica f. III. 3i generis quoad part. praet. act. et infinitivum. Ratione praesentium denique utrique paradigmati se conformant verba in 1a pers. Ind. praes. *ám* et *em* praeseferentia, e. gr. šeptam et šepcem, žebrám et žebrem etc.

Indicativus praesens:

	1.	čech.	2.	čech.
S. 1.	vol-ám	vol-ám,	maž-em	maž-i,
2.	vol-áš	-áš,	maž-eš	-eš,
3.	vol-á	-á.	maž-e	-e.

Pl.	1. vol-áme	-áme,	maž-eme	-eme,
	2. vol-áte	-áte,	maž-ete	-ete,
	3. vol-ajú	-ají.	maž-ú	-í.

Imperativus:

S.	2. vol-aj	vol-ej.	maž	maž.
Pl.	1. vol-ajme	-ejme,	maž-me	maž-me,
	2. vol-ajte	-ejte.	maž-te	maž-te.

Gerundium praesentis:

S.	M. (vol-aja)	vol-aje,	(maž-a)	maž-e,
	F. vol-ajúc	-ajíc,	maž-úc	-íc,
	Pl. (vol-ajúce)	-ajíce.	(maž-úce)	-íce.

Infinitivus:

vol-ať	vol-ati.	maz-ať	maz-ati.

Participium praeteriti activi:

S.	volal, a, o	volal, a, o	mazal, a, o	mazal, a, o.
Pl.	volal-i, y	volal-i, y, a.	mazal-i, y	mazal-i, y, a.

Gerundium praeteriti:

čech. m. volav, mazav; f. volavši, mazavši; pl. volavše, mazavše.

Participium praeteriti passivi:

S.	volaný, á, é	volán, a, o.	mazaný, á, é	mazán, a, o.
Pl.	volan-í, é	volán-i, y, a.	mazan-í, é	mazán-i, y, a.

Subst. verbale: volan-ie, mazan-ie v. -ia; čech. volání, mazání.

Notae: 1) Verba penultimae longae in genuina slovenica hic quoque brevia suffixa petunt, e. gr. čít-am, -aš, -a; -ame, -ate; píš-em: píš-u scribunt, píšuc. 2) Anomalis f. I. ultimae radicalis *r, v, h* et *s* ad *mažem* spectantibus Bohemi in 1a pers. sing. Ind. praes. pro *i* tribuunt *u,* in 3. pl. *ou* pro *í;* ante *e* vero in reliquis personis *h* mutant in *ž, r* in *ř,* e. g. beru, béřeš, béře etc. berou sumunt; lhu mentior, lžeš, lže etc. lhou mentiuntur; in quibusdam praeterea *o* in *ů, a* in *á, e* in *é* protrahunt: koli, kůleš, kůle etc. plači, pláčeš, pláče etc. (Cfr §. 13. 2. dd). 3) Slov. frequentativa a verbis f. IV. ultimae radicalis *b, p, v* modo 2do (p. 108 et 109) deducta in 3ia persona pl. Ind. praes., in Imperat. et in Gerundio praesentis pro *a* et *ia* praeseferunt *ä,* e. gr. obráb*am*: obráb-äjú, -äj, -äjúc; stav*iam*: stav-äjú, -äj, -äjúc. 4) Verba 2di parad. in 1ma persona Ind. praes. pro *em* habentia *iem* in 3tia pers. plur. *i* ejiciunt, e. g. or-iem, -ieš, -ie; -ieme, -iete, orú arant. 5) Frequentativa et iterativa f. V. futurum brevius seu unitatis a corres-

pondentibus verbis aliarum formarum desumunt, longius vero more solito per periphrasin obtinent, e. gr. obrábam: obrobím, budem obrábăť cultivabo; vídam video: uvidím, budem vídať videbo; kľakám: kľaknem, budem kľakať vel kľačať flectam; chytám: chytím, budem chytať capiam etc. Quaepiam primitivorum ope *po* et *za* formato breviori futuro utuntur, e. g. volám: po- v. za-volám vocabo, čakám: počkám (expuncto *a*) expectabo, mažem: pomažem ungam etc. Pleraque tamen nonnisi periphrasticum admittunt, e. g. budem čítať legam, budem pítať rogabo etc.

Nota generalis. Ex eo, quod hucdum de flexione verborum dictum fuit, patet: non pauca occurrere verba, quae idem paradigma per omnes modos et tempora sequi non possunt, quod diversa formatio infinitivi et participii praet. activi aliud subinde paradigma exigat in praeterito, quam in praesenti, ut adeo verbum ejusdem formae quoad praesens Indicat. et analogum praesens Imperativi et Gerundivi aliam, et quoad participium praet. act. ac infinitivum et tempora his affinia (praeteritum participii pass. et gerundivi; futurum et praeterita circumscripta) iterum aliam conjugationem, aut saltem aliud paradigma sequatur. Hanc ob causam in formis verborum participium praeteriti activi et infinitivum diligentius notare et in conjugationibus tempora analoga coordinare oportuit. Multa enim sunt verba, quae plene conjugari, id est quoad omnia tempora et modos inflecti non possunt, cognita solum praesentis (aut futuri) persona prima, nisi etiam aut eorum infinitivus aut participium praet. activi notum sit, quorum cognitio omnino e formarum doctrina §. 43. exposita, quam formatio temporum et participiorum ac gerundiorum (§. 45—48) excipit, petenda et conjugatio complenda erit.

§. 51. *Anomala verba.*

Praeter *som,* cujus flexionem §. 49. continet, anomala censentur sequentia:

1) *Jem* edo et *viem* scio, quae in prioribus 5 personis Indic. praes. expungunt radicale *d:* jem, ješ, je; jeme, jete, *jedia*; čech. jím, jíš, jí; jíme, jíte, *jedí;* viem, vieš, vie; vieme, viete, *vedia;* čech. vím, víš, ví; víme, víte, *vědí.* Čechis proprium gerundium praesentis: *jeda, věda; jedouc, vědouc; jedouce, vědouce* pro regulari: *jedě, vědě; jedíc, vědíc; jedíce, vědíce* est ad analogiam

vediem formatum; sic et: *vida, vidouc* videndo a *viděti* pro *vidě, vidíc; horouc* ardendo, *vrouc* fervendo (unde Slovenis quoque usitata adjectiva: *horúci, vrúci* orta sunt) pro *hořic, vřic* a *hořeti, vříti.* Slovenicus transgressivus: *jediac, vediac* est regularis; irregularis: *vedúc* in adjectivo *vševedúci* omniscius vigens e bohemica dialecto immigravit in nostram. In *Imperativo* Sloveni *d* mutant in *dz*, Bohemi in *z*: *jedz, vedz. Futurum* utriusque est circumscriptum: *búdem jesť, budem vedeť;* čech. *budu jísti, věděti.* Quoad reliqua *jem* est conforme paradigmati *vediem, viem* vero *hládím.*

2) Praesens anomali *idem* eo et futurum *pójdem* ibo, čech. *jdu* et *půjdu* inflectitur ut *budem* (§. 49). In Imperativo habet *iď, iďme, iďte;* čech. *jdi, jděme, jděte.* Participium praet. activi *šiel, šla, šlo;* plur. *šli, šly;* čech. *šel, šla, šlo; šli, šly, šla* pro *šedl* etc. a themate *šed,* vigente adhuc in čechico gerundivo praeteriti: m. *šed,* f. *šedši;* plur. *šedše,* ortum duxit. In čech. infinitivo: *jíti* radicale *d* excidit, in slovenico *isť* v. *ísť* abiit regulariter in *s*, ut in *viesť, klásť* a vediem, kladiem.

3) Čechicum *mám* habeo ratione praesentis Ind. et gerundivi spectat ad *volám,* hinc *mám, máš, má; máme, máte, mají; maje, majíc, majíce* habendo; ratione Imperativi, Infinitivi ac participii praeteriti activi et passivi ad *bdím,* hinc *měj* habe, *míti* habere, *měl, jmín* habitus.

4) Čechicum *chci* volo (*chceš, chce; chceme, chcete*) in 3a p. pl. habet *chtí* v. *chtějí* volunt, in Imperativo *chtěj,* in ger. praes. *chtě* v. *chtěje* volendo, in inf. *chtíti,* in part. praet. act. *chtěl.*

5) *Dadia* (pol. *dadza,* čech. *dadí*) dabunt pro *dajú* et čech. transgressivus praes. *dada, dadouc, dadouce* pro *daje, dajíc, dajíce* sunt archaismi residui e prisca flexione verbi *dám* pro *da(d)m'* analoga graecae *didómi* et sanscritae *dadâmi* (Úvod k Výb. p. 106).

6) Slovenicum et čech. *spím* dormio in Ind. praesenti spectat ad *činím,* in Imperativo habet: *spi, spime, spite* čech. *spi, spěme, spěte;* in participio praet. act. *spal, a, o; spali, y* et in infinitivo *spať* imitatur verba formae V.

§. 52. *Passivum.*

Passivi inflexio specialis nulla est in lingua slavica, excepto participio praes. passivi (§. 48. II. 2) et participio praeteriti pas-

sivi (l. cit. 5), e quo ope aux. verbi *som* et frequentativi *bývam* modi et tempora passiva sequenti modo constituuntur:

Indicativus praesens: (cum *bývam,* čech. *bývám*).

Sing. 1.	M. volaný,	F. volaná,	N. volané bývam,	
čech.	volán,	volána,	voláno bývam,	soleo
2.	„	„	„ bývaš,	soles
3.	„	„	„ býva.	solet
Plur. 1.	M. volaní,	F. volané,	N. volané bývame,	
čech.	voláni,	volány	volána bývame,	solemus
2.	„	„	„ bývate,	soletis
3.	„	„	„ bývajú.	solent

Praeteritum (cum *som*) ceu *praesens:* Sing. volaný, á, é som, si, je; čech. volán, a, o jsem, jsi, jest. Pl. volaní, é sme, ste, sú; čech. volán-i, y, a jsme, jste, jsou; vocatus, a, um sum etc.

Praeteritum (cum *bol som*): S. 1. M. bol som volaný, F. bola som volaná, N. bolo som volané, 2. bol si volaný, bola si volaná, bolo si volané, 3. bol, a, o volaný, á. é. Pl. 1. M. boli sme volaní, F. N. boly sme volané, 2. boli ste volaní, bolo ste volané, 3. boli volaní, boly volané, vocatus fui etc. čech. byl jsem volán etc.

Plusquamperfectum (cum *býval som* v. *bol som bol*): S. 1. M. býval som v. bol som bol volaný, F. bývala som v. bola som bola volaná, N. bývalo som v. bolo som bolo volané etc. Pl. 1. M. bývali sme v. boli sme boli volaní, F. N. bývaly sme v. boly sme boly volané etc. vocatus fueram etc. čech. byl jsem byl volán etc.

Futurum: Sing. volaný, á, é; čech. volán, a, o budem, čech. budu, budeš, bude; Pl. volaní, é; čech. voláni, y, a budeme, budete, budú, čech. budou.

Imperativus: Sing. volaný, á, é; čech. volán, a, o buď. Plur. volaní, é; čech. voláni, y, a buďme, buďte.

Conjunctivus: Imperfectum: S. bol, a, o bych, bys, by volaný, á, é; čech. byl bych etc. volán, a, o vocarer etc. Pl. boli, y bysme, byste, by volaní, é; čech. byli, y, a bychom etc. volani, y, a.

Plusquamperfectum: S. bol bych býval volaný, bola bych bývala volaná etc. čech. byl bych byl volán, byla bych byla volána etc. fuissem vocatus etc. Pl. boli by sme bývali volaní etc. čech. byli bychom byli voláni etc.

Infinitivus: volaný, á, é; volaní, é byť; čech. volánu býti vel volán, a, o; voláni, y, a býti vocari.

Transgressivus praesentis: volaný, á, é; volaní, é súc; čech. m. volán jsa, f. volána jsouc, voláno jsouc; Pl. voláni, y, a jsouce.

Praeteriti: Sing. čech. m. volán byv, f. volána byvši, voláno byvši; pl. voláni, volány, volána byvše.

Nota. Alii passivum exprimendi modi in syntaxi attingentur.

§. 53. *Impersonalia verba.*

Conjugatio impersonalium a conjugatione personalium analogorum non differt. Conjugabis itaque: *mrká sa* vesperascit, *svitá* lucescit, *bliská sa* fulgurat etc. in praeterito *mrkalo sa, svitalo bliskalo sa;* in inf. *mrkať sa, svitať, bliskať sa;* in futuro: *bude sa mrkať, svitať, bliskať* etc. conformiter paradigmati *volám;* in futuro unitatis: *zmrkne sa, svitne, bliskne;* in praeterito: *zmrklo sa, svitlo, blisklo* pro *zmrknulo svitnulo blisknulo* etc. conformiter paradigmati *tiahnem; prší* pluit, *pršalo* pluebat, *pršať* pluere etc. *hrmí, hrmelo, hrmeť,* čech. *prší, pršelo, pršeti; hřmí, hřmělo, hřměti* donnern conformiter paradigmati *hľadím* et sic porro.

CAPUT VI.

De Adverbiis.

§. 54. *Conceptus et species eorundem.*

Adverbia modum aut adjunctum quodpiam activitatis aut status verbo expressi proprietatisque adjectivo designatae determinant. Quamobrem tantum verbis et adjectivis aliisque adverbiis adnectuntur, e. g. ty *zle* hovoríš, tu *male* loqueris; mój otec je *velmi* (valde) dobrý; mój brat *už dávno* umrel, meus frater *jam pridem* est mortuus. — Distinguuntur autem plures eorum species.

I. Ratione significatus adverbia sunt: 1) *qualitatis* a) *concreta,* e. g. *dobre* bene, *pilno* diligenter, *pekne* pulchre etc. b) *abstracta: tak* ita, *ináč* aliter etc. 2) *Intensitatis* aut *gradus,* e. g. *velmi* valde, *celkom* totaliter, *dosť* satis, *viac* plus, *menej* minus etc. 3) *Quantitatis* mensuram aut numerum designantia, e. g. *mnoho* multum, *málo* parum; *raz* semel, *dvarazy* bis; *jednako* aequaliter, *dvojako* dupliciter etc. 4) *Temporis,* e. g. *teraz, včil, nyní* nunc; *predtým* antea, *prv* prius, *dávno* pridem, *potom* postea, *dnes* hodie, *zajtra* cras, *včera* heri; *vždy* semper, *nikdy* nunquam; *zase* iterum, *často*

saepe etc. 5) *Spatii: tu* hic, *tam* ibi, *doma* domi, *vonku* exterius, *hore* supra, *dole* infra, *sem* huc, *nikde* nullibi, *všade* ubique etc. 6) *Modalitatis* et quidem: a) *affirmativa*, e. g. *áno* sane, *iste* certe, *skutočne* reapse, *dojista* revera etc. b) *negativa: nie* non, čech. *ne* non, *nikoli* neutiquam; c) *interrogativa*, e. g. *či* num, *kde* ubi, *kedy* quando, *kam* quo etc. d) *dubitativa: možno, snáď, asnáď* fors; *sotva* vix etc. e) *optativa: keby* utinam, *len* tantum, *azda* fors etc.

II. Respectu formae sunt: 1) *primitiva*, uti *ba* v. *áno* sane; *nie* non, *tu* hic; *hen*, čech. *hyn* ibi; *už*, čech *již* jam, *až* donec etc. 2) *derivata* et 3) *composita*.

§. 55. *Derivatio adverbiorum.*

Adverbia derivantur: I. Ab *adjectivis:* 1) ope *o*, e. g. mnoho multum, málo parum, často frequenter, dávno pridem, ľahko facile, ťažko difficulter, daleko procul, vysoko alte, široko late, jako qualiter, tak (pro tako) taliter, nijako nullatenus etc. Adverbia haec nil aliud sunt: quam indefinita adjectiva neutrius generis. Čechica *jediné* unice, *prvé* prius v. olim, *také* et respondens slov. *též* etiam vel pariter sunt neutra definitae formae a *jediný, prvý, taký, týž* idem. Čechicum *jen* solum, tantum (slov. *len*) est per syncopen et apocopen ortum e *jedno* unum; *jenom* (id quod prius) vero ejecto *d* et suffixo *m*. 2) Ope *e*, vslov. *ie*, čech. *ě*, post *l, ř, c, š, z* vero *e* (ante quod Sloveni *n* et *l* emolliunt, Bohemi praeterea *h* in *z*, *ch* in *š*, *k* in *c* mutant) a plerisque in *ný* et quibusdam in *lý, rý* et *vý;* in bohemica promiscue ab aliis quoque, e. g. pekne pulchre, slávne inclyte, zle male, stále constanter, dobre bene, práve recte, etc. čech. pěkně, slavně, zle, stále, dobře, právě; tuze arcte, blaze beate a *tuhý, blahý;* tiše lente a *tichý*, krátce breviter, lehce faciliter, vysoce alte a *krátký, lehký, vysoký;* střídmě temperate, hrubě crude etc. 3) Ab adjectivis in *ský, cký* et *zký* (pro *žský*) correpto *ý* in *y*, e. g. chlapsky v. muzky viriliter, slovensky slovenice, turecky turcice etc. Adverbia haec Sloveni passim cum praepositione *po* usitant, e. gr. *po slovensky rád hovorí* slovenice libenter loquitur, *po nemecky sa nosí* more germanico se vestit etc. Ad analogiam horum formata sunt *po-maly* sensim, paulatim, *potichy* lente a *malý, tichý*.

II. Non pauca adverbia origine sua *substantiva* esse, satis patet. Sic e. g. 1) Genitivi sunt: *doma* domi, *domov*, čech. *domů* domum;

včera vesperi pro *večera* a *večer* vesper, *dneska* hodie a *dnešek* hodierna dies, *dolu* deorsum a *dol* vallis, germ. *Thal.* 2) Accusativi sunt adverbia: trochu, trošku, trošičku et čech. *drobet* parum a *trocha*, *drobet* mica; *veru*, čech. *věru* vere a *viera* fides; *raz*, čech. *jednou* semel. 3) *Dole* infra, *hore*, čech. *nahoře* supra pro Localibus habendi sunt a *dol* et *hora* mons. 4) Instrumentales censentur: *celkom*, *celky* ex integro a *celok*; *slovom* verbo, *kolom* circum a *kolo* rota, *darom* dono, *úhrnkom* summatim, *náhodou* fortuito, *velmi* valde, *večmi* (pro *vetšmi*) magis ab obsoleto adjectivo *velij* magnus et *vetší* major; čech. *dílem* partim a *díl*, *úprkem* vehementer, *húfem* turmatim a germ. *Haufe* etc.

III. Verba *tuším* praesagio et *hádam* ominor Sloveni saepissime usitant pro *snaď* fors, e. gr. *tuším* prijde, fors veniet, *hádam* ho není doma, fors non est domi. Verbis originem suam debent et čechica adverbia: *kradmo* furtim, *bodmo* punctim, *letmo* volando, *padmo* cadendo, *darmo* gratis, quod et Sloveni norunt; *stojmo* stando etc. nec non slovenica: *ukradomky* furtim, *pokryjomky* clam, *stojačky* stando, quibus conformia sunt: *kolenačky* flectendo, *horeznačky* supine jacendo etc. a *koleno* genu et *hore* ac *znak* deducta.

IV. A *pronominalibus radicibus*: 1) ope *dá*, *dy*, *iaľ* vel *uď*, čech. *ud*, *avád* formantur adverbia temporis, e. gr. ke-dy, čech. k-dy quando, vte-dy tunc, ni-kdy vel nikdá nunquam; in-dy, jindy alias, vž-dy semper (pro *veš-dy*); — do-k-iaľ (vslov. *dokolie*) v. dokuď quamdiu, do-s-iaľ (vslov. *doselie*) v. dosaváď hucdum etc. 2) Adverbia loci ope *de*, *m* (pro *mo*) et *iaľ* v. *uď*, e. g. k-de ubi, čech. z-de (pro *s-de*) hic, in-de alibi; vša-de ubique, ka-de qua, ta-de hac, čech. všudy v. všady, kudy v. kady, tudy v. tady etc. ka-m quo, ta-m ibi, se-m huc, ona-m illuc, ina-m aliorsum etc. po-k-iaľ v. pokuď quousque, po-t-iaľ v. potuď hucusque etc.

§. 56. *Compositio adverbiorum.*

I. Adverbia componuntur: 1) cum *ni*, e. g. ni-kde nullibi, nikam nullorsum, ni-kdy; čech. ni-koli, ni-jak, ni-kterak nullatenus etc. 2) Cum particula negandi *ne* omnia ab adjectivis derivata, e. g. *nedobre* non bene, *nepochybne* indubie etc. 3) Cum particula indefinitae quantitatis *ne* v. *da*, čech. *ně*, e. g. ne-kde v. dakde alicubi, ne- v. da-kedy aliquando, ne-kam aliquo, ne- v. da-kolko aliquantum, čech. někde, někdy, někam, několik. 4) Cum *trebas* v.

hoc, voľa, e. g. hoc- v. trebas-kde ubicunque, hoc- v. trebas-kedy quandocunque, voľa-kedy aliquando. Bohemi duo priora suffixo *koli* supplent: kde-koli, kdy-koli. 5) Ope suffixi *raz* (ictus a *raziť*), quod cum praemisso construi solet, čech. *krát* formantur adverbia *iterativa,* e. g. jeden-raz semel, dva-razy bis, tri-razy ter, štyri-razy, päť-ráz, šesť-ráz etc. koľko-ráz quoties, tolko-ŕáz toties, nekolko-ráz aliquoties, čech. koli-, toli-, několi-krát. 6) Cum suffixis: *kolvek*, čech. *koli* v. *kolivěk; si, s; to* etc. e. g. kde-kolvek ubicunque, kam-kolvek quocunque; kde-si alicubi, kam-si aliquo, kedy-si, čech. *kdys* aliquando; tam-to, tu-to hicce, tade-to hacce etc. *Dne-s* hodie čechicumque *leto-s* hoc anno sunt composita ex *deň, léto* et demonstrativo *s* pro *si* (§. 28.), confer graec. *sé-meron,* lat. *ho-die* id est hoc die, german. *heute* et *heuer* teste Heyse-o (Schulgr. p. 287.) contracta ex *hiû-tagû* et *hiû-jarû.* Čechica *témèř* fere, *te-prv* nunc primum et slovenicum *te-raz* nunc sunt e demonstrativo *ten* et *míra* mensura, *prv, raz.*

II. Compositorum cum *praepositionibus* major est numerus suntque pleraque periphrases adverbiales. Lubet pauca hic subjungere: 1) do-poly ad dimidium; od-poly ex dimidio, do-konca ex integro; od-razu, z-razu ad semel, repente; z-dola ab infra, z-hora a supra (pro zhory), za-jtra cras, čech. *zítra,* za-tmy in tenebris, za-slnca splendente sole, za-rána circa mane etc. sunt *Genitivi* substantivorum: pola, konec, raz, dol, hora, jutro etc. praepositionibus *do, od, z* et *za* recti. Do-cela ex integro, do-jista v. do-za-jista certe (unde *ozaj, ozajst* ortum est §. 12. 3. c), do-sť (illyr. do-sta pro do-syta ad saturitatem) satis, do-hola v. do-naha ad nudum; z-nova denuo, z-rovna directe, z-riedka, čech. *zŕídka* raro, z-úplna plene; za-starodávna olim, za-živa *spáliť, pochovať* etc. vivum comburere, sepelire; za-vidna dum adhuc lux est aliaque quam plurima aeque pro Genitivis residuis e substantivali declinatione adjectivorum indefinitorum (*celo* integrum, *jisto* certum, *novo* novum etc.), de qua §. 36. A. disserui, habenda sunt. 2) *Accusativi* sunt: na-pred ante, na-zad pone, na-priek, čech. na-vzdor zu Trotz, naschvál data opera, na-opak vice versa, na-zpät retro, čech. na-zpátek, na-hlas alta voce, na-veky in aeternum, na-poly *rozrezať* bisecare, na-pokon vel naposledy demum, na-pravo ad dextram, na-levo ad sinistram; v-jedno simul, v-úbec generatim ab *obec,* v-úkol circum, čech. ve-směs promiscue; pre-čo cur, pre-to ideo.

za-čo quanti, na-čo ut quid, na-to etc. čech. proč, proto, zač, nač etc. 3) *Locales:* v-nútri intus, v-lani vel v-loni anno praeterito; po-tme in tenebris, po-zajtrí post cras, po-hotove in promtu, čech. vnitř, vlůni, potmě, pozejtří, pohotově; po-tom postea, po kúsku frustatim; čech. po slovensku, po německu etc. pomalu, polehku lente, pro slovenicis: po slovensky, po nemecky etc. 4) *Instrumentales:* pred-včerom nudius tertius, pred-tým antea, medzi-tým interea, čech. před-včírem, před-tím, mezi-tím; s-polu simul pro s-polou cum dimidio etc.

§. 57. Comparatio adverbiorum.

I. Adverbia *qualitatis*, uti sunt ab adjectivis derivata, *comparari*, jam §. 14. I. 2) monui. Restat, ut hic loci modum, quo id fieri soleat, paucis explicem. Jam, quemadmodum in latina, ita et in genuina slov. lingua comparativus adverbiorum forma non differt a neutro comparativi adjectivorum, seu exit pariter in *šie* et *ejšie* (demtis admodum paucis inferius attingendis in *ej*). Hinc formatio comparativi in adverbiis iisdem legibus regitur, quibus in adjectivis (§. 35.), e. gr. sladko dulciter: sladšie dulcius, krátko breviter: kratšie brevius; pekne pulchre: peknejšie pulchrius, často saepe: častejšie saepius etc. bernolak. mutato *šie* et *ejšie* in *šej* et *ejšej:* sladšej, kratšej, pekňejšej, časťejšej. Bohemi adverbia comparant ope *e* (*ě* post *n*) contracti ex *ěje* et ope *ěji* (*eji* post *č, š, ž,* l et *ř*) orti pariter ex *ěje*, quod est terminatio neutrius gen. residua ex obsoleta, in včechica dialecto vigente, tertia comparationis forma (sine *š*) in *ěji*, *ěja*, *ěje*, quam Illyrii in *iji, ija, ije* debilitatam hodiedum exclusive usitant (Úvod k Výb. p. 64.). — Ope *e* (slov. *ej*) comparantur: 1) adverbia respondentia adjectivis comparativum ab alio themate petentibus, uti:

dobře	bene:	lépe,	lép,	slov. lepšie,	bern.	lepšej melius.
zle	male:	hůře,	hůř,	„ horšie,	„	horšej pejus.
mnoho	multum:	více,	víc,	„ viacej, viac,	„	vácej, vác plus.
málo	parum:	méně,	méň,	„ menej,	„	meňej minus.
dlouho	diu:	déle,	dél,	„ dlhšie,	„	dlhšej diutius.

Sic et: *brzo* mox, cito: dříve, dřív citius; *spíše*, *spíš* celerius a *spěch* et slovenica: *prv* v. *prú:* prvej prius, *skoro* cito: skorej v. skór citius, *rád* lubenter: radnej v. radšej, čech. raději v. radše lubentius.

2) Quaepiam in *ko, eko* et *oko* abjectis prius formativis istis, productis vocalibus mutatisque *r, s, z* in *ř, ś, ż,* e. g. *hluboko* profunde: hloube, hloub profundius; *daleko* remote: dále, dál remotius; *široko* late: šíře, šíř latius; *úzko* anguste: úže, úž angustius; *blízko* prope: blíže, blíž propius; *nízko* demisse: níže, níž demissius; *těžko* difficulter: tíže, tíž difficilius; *vysoko* alte: výše, výš altius. Correspondentium slovenicorum tantum *daleko* comparatur ope *ej: dálej;* caetera regulariter ope *šie,* bernol. *šej:* hlbšie, širšie, užšie, bližšie, ľažšie, vyššie, nižšie, bern. hlbšej, širšej, užšej etc. *Niže* et *vyše* Sloveni jam praepositionum instar usitant. 3) Adverbia immediate a radicibus *zad, před, snad, sled* derivata aliaque pauca, e. g. *v-zadu:* záze v. záz posterius (mutato *d* in *z* ante *e*); *na-před:* příze, příz anterius; *na-posledy:* posléze postremo; *snad:* snáze, snáz facilius. Queis accedunt *draze:* dráže, dráž charius, *tuze:* touže, touž arctius; *hustě* dense: houště, houšť densius; *záhy* cito: zaže, zaž citius. Priora quatuor Sloveni non comparant; reliqua (demto ultimo *záhy,* quod nec norunt) regulariter: draho: drahšie, tuho: tuhšie, husto: hustejšie, bern. drahšej etc.

Omnia reliqua comparabilia comparantur ope *ěji (eji),* ante quod *d, n, t* emolliuntur, *c* et *r* abeunt in *č* et *ř,* e. g. *čistě* munde: čistěji mundius, *pěkně:* pěkněji pulchrius, *sladce:* sladčeji dulcius, *měkce:* měkčeji mollius, *tiše:* tíšeji lentius, *pozdě* tarde: později tardius etc.

II. Praefixa comparativo syllaba *naj,* čech. *nej* obtinebis *superlativum,* e. g. *lepšie* melius: *naj-lepšie* optime, *silnejšie* fortius: *naj-silnejšie* fortissime etc. čech. nej-lépe v. nej-lép, nejsilněji.

CAPUT VII.

§. 58. *Praepositiones.*

I. Praepositiones exprimunt relationes, quas objectum quodpiam agendo aut in statu suo manendo cum aliis objectis, ad quae activitas aut status ille refertur, init. Sic e. g. *človek* (homo) junctum praedicatis *leží* (jacet), *pije* (bibit) ab objectum *dom* medio praepositionum: *v* in, *pri* penes, *za* post etc. vario modo potest referri, uti: *človek leží, pije v dome, pri dome, za domom* etc. Dividuntur autem:

A) Ratione functionis: 1) in *separabiles* (rozlučitedlné), quae nominibus et pronominibus praeponi solitae certos casus in syntaxi

(§. 69.) designandos regunt suntque: *bez* (bezo) sine, *do* in, *k* (ku) ad, *na* in, *nad* (nado) super, *o* de, *od* (odo) a v. ab, *po* post, *pod* (podo) sub, *pre*, čech. *pro* propter, *pred* (predo), čech. *před* ante, *prez* v. *cez* (prezo, cezo), čech. *přez* per, *pri*, čech. *při* penes, *s* (so) cum, *u* apud, *v* (vo) in, *z* (zo) e vel ex, *za* pro, post. 2) In *inseparabiles* (nerozlučitedlné), quae non nisi in vocibus compositis locum habent suntque: *vy* e v. ex, *po* post, *pra* pro, *raz*, *roz* (rozo) dis, *vz* sursum, queis adde čechicam *pře* et slovenicam *pro* ac *ob* (obo) circum. Bohemi *ob* (obe) rarissime adhibent seperatim.

B) Ratione formae: 1) in *primitivas*, uti sunt omnes supra adlatae; 2) in *derivatas*, uti *kolo*, čech. *o-kolo* circum a *kolo* rota; *krom* v. *krem* (krome, kreme), čech. *kromě* praeter, *mimo* praeter a *mi-nút*, sicut *pad-mo* a *pad-nút*; *medzi*, čech. *mezi* inter est Localis a *medza*, *meze* terminus; *proti* ab obsol. *protiv* contra; *strany* v. *strani-va* de, propter est Gen. a *strana* pars; *skrze* v. *skrz* *blízko* prope, *mesto*, čech. *místo* loco, *v-ústrety*, čech. *vstříc* obviam, *u-posreď*, čech. *u-prostřed*; čechicum *vně* extra a *ven* et slovenica: *konča* in extremitate, *kraj* penes et comparativi *niže* infra, *vyše* supra sunt adverbia praepositionum vice persaepe fungentia; 3) in *compositas*, uti *o-kolo*; *z-úkol*, *v-úkol* circa circum; *po-dľa* secundum, *ve-dľa* juxta, čech. podlé, vedlé ex *po*, *v* (cum euphonico *e*) et *dľa*, quod Sloveni extra compositionem non usitant; Čechi contra suum *dle* = secundum quam saepissime; *o-proti* e regione, *na-proti* contra, *o-krom* v. *okrem* praeter; *po-vyše* superius, *po-niže* inferius, *po-kraj* penes e *po* et *kraj* extremitas. *Naskrze* aequivalens latino *plane*, germ. *durch und durch* nonnisi adverbialiter adhibetur. Compositarum praepositionum, Slovenis et Polonis propriarum: *po-medzi*, inter, *z-medzi* v. *z-pomedzi* e medio, hung. *közül*; *po-nad* super, *z-nad* v. *z-po-nad*, hung. *felül* (lat. quasi *de + super*); *po-pod* subter, *z-pod* v. *zpo-pod*, hung. alúl (lat. *de + subter*); *po-pred* ante, *z-pred* v. *zpo-pred*, hung. *elül* (lat. *ab + ante*); *po-za* trans, *z-po-za*, hung. *megül* (lat. *ex + trans*). Priores (cum *po*) in čech. dialecto simplicibus: *mezi*, *nad* etc. posteriores vero (cum *z*) passim adverbialiter redduntur, e. g. *z-nad*, *z-pred* etc. čech. *s-hůry*, *s-předu*.

Nota. Praepositiones parenthesi clausae cum euphonico *o*: bez-o, nad-o, od-o etc. čech. et bern. *e*: bez-e, nad-e, od-e (§. 7.

2.) nec non *k* cum *u: k-u,* čech. et bern. etiam *k-e* vocibus incipientibus ab una aut pluribus consonis, quae secus cum ultima consona praepositionum difficulter pronunciarentur, solent praefigi, e. gr. bez-o mňa, nad-o dvere etc. čech. beze mne, nade dvéře.

II. Praepositiones substantivis, adjectivis, verbis et adverbiis componendis servire, §§. 20, 33, 42 et 55. docetur. Vi earundem tempus etiam ipsum ita restringi, ut praesens verbi simplicis in compositis futurum evadat, §. 46. A. 2) edisserit. Hic loci id solum superest adhuc uno alterove exemplo probandum, ope quarumdam praepositionum *intransitiva* verba in *transitiva,* quaepiam vero *transitivorum* in *factitiva* converti, v. g. *móžem* possum: pomóžem juvabo, pomáham juvo; premóžem superabo, premáham supero; vymóžem acquiram, liberabo: vymáham acquiro, libero. *Budem* ero, *byť* esse: zabudnem obliviscar, zabývam obliviscor; na-do-budnem, čech. na-budu acquiram, nadobývam, nabývám acquiro; dobudnem, čech. dobudu adipiscar, expugnabo: dobývam adipiscar, expugno etc. *Idem* eo, *leziem* serpo, *chodím* ambulo: najdem v. naleznem inveniam, nalezám v. nachádzam invenio; prejdem v. pretečiem (a *tečiem* fluo) praeveniam, prechádzam, pretekám praevenio etc. *Kĺajem* blasphemo: vykĺajem reprehendam; zaklínam adjuro, exsecror, odklínam, ich benehme den Fluch, preklínam maledico, imprecor etc. *Padnúť* cadere: napadnúť, prepadnúť adgredi; dopadnúť comprehendere. *Smiať sa* ridere: vysmiať, vysmievať, posmievať irridere. *Stať* et *stáť* stare: dostať, dostávať accipere; zastať, zastávať defendere; vystáť, prestáť perpeti, subire etc. *Spať* dormire: prespať dormiendo transigere et impraegnare; odospať dormiendo negligere. *Mreť* mori: odomreť praemori v. prius mori, hinc *od-mrť* (§. 17. 13.). *Leteť* volare: preleteť transvolare. *Ležať* jacere, *sedeť* sedere: vyliahnuť vel vysedeť pullos ex ovis excludere; vyležať, vysedeť jacendo, sedendo consequi. *Svietiť* lucere: osvietiť illuminare, podsvietiť suggerere. *Stúpiť* gradi: prestúpiť transgredi, nastúpiť succedere, zastúpiť vices obire, vertreten; podstúpiť perpeti etc.

CAPUT VIII.

§. 59. *Conjunctiones.*

Conjunctiones integras sententias connectunt sicque mutuam cogitatuum relationem propius determinant. Dividuntur autem I. ra-

tione *formae:* 1) in *primitivas,* uti *a, i, bo, (le), (li), že, či;* 2) *compositas:* a-j, ne-bo, le-bo, a-ž, a-le, a-ni, le-ž, le-da etc. 3) *derivatas:* jest-li a *jest* et *li,* je-že-li a *je* est, *že* et *li; veď* vel *veť* videtur esse imperativus a *vedeť; vraj* v. *praj* inquit, čech. *prý* est contractum *praví,* slov. *vraví* loquitur; *zda* v. *zda-li-ž* num fors a *zdať sa* videri; *hoc* v. *choc* quamvis a *chceť* velle, *trebás* etiamsi a *treba.* Compositarum conjunctionum *a-by* ut, *že-by* quod, *ke-by* pro *keď-by,* čech. *kdyby* si, posterior pars est 3ia pers. obsoleti praeteriti seu syllaba radicalis *nuda* verbi *byť* (§. 49. *Nota* 2). Hinc et personalium suffixorum *ch, s, chom, ste* capax est et qua auxiliare ad formandum Conjunctivum aliorum verborum adhibetur, uti supra §. 46. B) docui. Connectitur autem non raro etiam cum aliis conjunctionibus: *jakby, ažby, čiby, jakoby, jestliby* etc. Complures conjunctiones sunt simul et adverbia, uti tak, jak, preto, ničmenej, nasledovne etc.

II. Ratione *significatus* sunt: 1) copulativae a) positivae, uti *a* et, *i* et, etiam; *jak — tak* tam, quam; *nielen — ale i* v. *lež i,* čech. *nejen, neloliko — ale i, než i, nýbrž i* non tantum, sed et; *i — i* tam, quam; b) negativae v. exclusivae: *ani — ani* neque; 2) partitivae: *už — už* jam, čech. *dílem — dílem* partim; 3) adversativae: *ale* sed, *predca* tamen, *medzitým* interim, *ničmenej* nihilominus, čech. *pak* sed, *ješto* cum tamen; 4) disjunctivae: *alebo — alebo* v. *lebo — lebo,* čech. *aneb — aneb; buď — buďto* v. *aneb; či — čili* aut — aut; 5) comparativae: *jako — tak,* čech. *jak — tak* quemadmodum, ita; *tak — jako* ita, ut; *tak — jakoby* ita, acsi; *podobne* similiter, — *nežli* quam; 6) restrictivae: *natolko — nakolko* eatenus, quatenus; 7) proportionales: *čím — tým* quo, eo; 8) illativae: *teda* v. *tedy* igitur, *nasledovne* consequenter, *preto,* čech. *protož* eapropter, *tak že* ita quod, *prečo,* čech. *pročež* quapropter, *veť,* čech. *však* tamen; 9) causales: *bo,* čech. *ne-bo* enim, *preto že* ideo quia, *poneváč* quoniam; 10) finales: *k tomu, nato, zato — aby* ideo ut, *žeby* quod; čech. *ať* ut; 11) conditionales: *jestli, ježeli* si; čech. *pakli, pakliže; keby,* čech. *kdyby* si; *jakby* si fors, *jak nie* si non; adverbium interrogandi *-li* num, utrum enclytice adhiberi solitum, e. gr. dáš-li, dobre; si dederis, bene; 12) concessivae: *trebas, hoc* v. *choc* tametsi, *ačkolvek,* čech. *ačkoli — predca, předce* quamvis, tamen; *jakokolvek,* čech. *jakkoli* quamcunque; 13) circumstantiales: *keď,* čech. *když* cum, *kým,* čech. *až*

donec, *prv — než*, čech. *dříve — nežli* prius quam, *jako*]*keby* quasi; 14) explanativae: *čo* v. *sťa* ceu, *totižto* nempe, *jakožto, jakož* scilicet. 15) exceptivae: *len* tantum, *krom* praeterquam, *leč* id quod prius, *sic jinák* secus enim. — *Že* denotat *quod, či* an v. num.

CAPUT IX.

§. 60. *Interjectiones.*

Interjectiones exprimendis animi affectibus serviunt constantque sonis admodum simplicibus forma sua ab aliis particulis haud differentibus. Tales sunt: 1) soni, qui nullo nexu etymologico cohaerent cum aliis orationis partibus et in omnibus fere linguis eandem speciem praeseferunt, uti *ó!* gaudii. Adhibetur tamen et in exclamando, alloquendo, monendo etc. petitque passim vocativum, e. g. *ó* otče! Dolor designatur particulis: *ach! ove, uve, jaj, joj!* Abominatio: *pfuj, pfi!* apage! Admiratio: *ej, ejej, aj, ajaj, na, hm, la!* Risus: *ha, ha, ha!* Exultatio: *hej, hejsa, hejsasa, hopsa, hopsasa!* Notari praecipue merentur: *na* en tibi! in plurali: *na-te* en vobis! *nože* eja! *hle, ejhle!* ecce! Adde imitationem strepitus: *pif, paf, puf, bác,* soni anomalium: *miau, mrau* et voculas, quibus animalia impelluntur, abiguntur aut vocantur, uti *ci, cic, šic; heš, kač; hý* (equi), *čihý, hot; sasa* (boves) etc. 2) Quaepiam partes orationis aut breviores sententiae interjectionum instar utitatae, uti *bodaj*, čech. *bodejž, kýž* utinam! (ex *Boh* et *daj, dej*); *beda, prebeda*, čech. *běda, přeběda!* vae! *hore, hore sa*, čech. *zhůru, vzhůru* sursum! *bohužiaľ*, čech. *bohužel* proh dolor! *veru, vèru* vere! Adde Čechis solis propria: *medle* quaeso! (pro *mnedle* ex *mne* et *dle*); *mèhoděk,* euge! (pro *mèj děk* habe gratias); *pohříchu* proh dolor!

PARS III.

Syntaxis.

§. 61. *Praemonenda.*

I. Scopum linguae attinges seu, quod idem est, cogitatus tuos enunciabis, voces singulas genio linguae conformiter connectendo et collocando. Plures voces exprimendi cogitatus causâ sibi invicem junctae, *sententiae* (výpoveď) nomine veniunt. Pars vero grammaticae, regulas formandarum sententiarum exponens, *Syntaxis* audit

duobusque absolvitur capitibus, quorum primum syntaxim *convenientiae,* alterum syntaxim *ordinis* continet.

II. Quaelibet sententia, grammatice considerata, tot partibus constat, quot vocibus, logico autem respectu tribus nonnisi: *subjecto* (podmet) nempe, *praedicato* (prímet) et *copula* (spojňa). De singulis haec praemoneo: 1) *subjectum* Nominativo substantivorum et pronominum personalium exprimitur. 2) *Praedicatum* seu id, quod de subjecto enunciatur, potest esse: a) status vel activitas *verbo* expressus; b) *proprietas* adjectivo sensu strictiori designata, nec non adjectiva latiori sensu sumta (§. 32) et pronomina formae adjectivae; denique c) *substantivum.* 3) Omnia verba, nec verbo *byť* demto, dum praedicatum agunt, *copulam* includunt, seu praeter tenorem materialem, in participiis sub forma adjectiva conspicuum (§. 48. II.), formali quoque vi pollent enunciandi, tenorem illum subjecto convenire aut non convenire, e. gr. otec *miluje* (seu *je milujúci),* pater *amat* (seu *est amans);* Boh *je* (seu *je súci),* Deus *est* scilicet *existens* v. *ens.* Substantiva contra, adjectiva et pronomina adject. formae, vi enunciandi destituta, ut de subjecto praedicari possint, *copula* indigent. Copulae hujus vices in omnibus linguis verbum *byť* obit, e. gr. Boh *je* stvoriteĺ, matka *je* zdravá, já *som* prvý etc. — Praeterea si praedicatum intransitivum verbum sit, enunciatio in subjecto ipso consistit, e. gr. dieťa *spí.* Si vero sit verbum transitivum, rem aut personam involvit, ad quam activitas eo designata refertur. Res haec aut persona *objectum* (predmet) sententiae audit, e. g. otec miluje *syna.*

III. Sententia nudo subjecto et praedicato aut praeter haec objecto adhuc eoque pariter nudo constans, *pura* vocatur, *affecta* contra, si quodpiam aut quodvis horum membrorum per adjecta, quae *complementa* (doplnky) dicere amant, propius determinatum sit. Sunt autem complementa 1) *subjecti* sequentia: a) adjectiva *attributi,* e. g. *starý* človek je slabý; b) *numeralia* et *pronomina* adjectivae formae, e. gr. *jeden pán* umrel, *moja sestra* je chorá etc. c) *appositio,* uti Boh, *stvoriteĺ sveta,* je všemohúci; d) aliud substantivum in *Genitivo* stans, e. g. duša *človeka* je nesmrtedlná; denique e) *sententiae relativae,* e. g. sluha, *který pána svojeho klame,* je neverný. 2) Adjectiva et verba, dum *praedicatum* agunt, *adverbiis* determinantur: já som *velmi slabý;* matka *často bije* deti. *Substantiva* de subjecto praedicata et *objecta* sententiae eo, quo sub-

jectum, modo complentur. Exempla sunt in promtu. — Pro complementis praedicati imprimis verbalis et ex parte etiam subjecti habenda sunt substantiva et pronomina in *Dativo, Locali* aliisque praepositione quapiam rectis casibus posita, e. gr. otec *daroval synovi* knihu; klobúk (pileus) *stojí na stole,* Boh *nám v nebi* hojne *odplatí,* Deus nobis in coelo largiter retribuet.

IV. Omnes linguae indoeuropeae antiquae et recentiorum eae, quae, uti slavica, e primigenia specie essentiam adminus retinuerunt, specialibus formis flexionis, quae designandis sententiae membris serviunt, sunt praeditae. Formae hae *casus* vocantur. Casus, essentialia et directe necessaria sententiae membra, subjectum videlicet, praedicatum et objectum exprimentes, *recti* audiunt suntque quatuor: *Nominativus* (subjecti), *Instrumentalis* (praedicati), *Accusativus* (objecti) et *Vocativus,* qua vicarius Nominativi. Reliqui, designandis complementis essentialium sententiae membrorum servientes: Genitivus, Dativus et Localis, *obliqui* appellantur.

CAPUT I.

Syntaxis convenientiae.

§. 62. *Subjectum et praedicatum. Casus recti.*

Ex aliis linguis notissimum est, praedicatum, seu nomen seu verbum fuerit, in *omnibus suis formis* cum subjecto; substantivum in appositione stans quoad *casum,* adjectivum denique, quod ceu attributum substantivo jungitur, in *casu, numero* et *genere* cum substantivo, ad quod refertur, concordare debere. Superfluum esse putans, in vulgus notam hancce regulam exemplis probare, hic loci et §. seq. nonnisi exceptiones in slovenica vigentes paucis attingam:

1) Complementa adjectivae formae et praedicata tantum ad subjecta personalia aut personificata (pag. 55. nro 6. et p. 58 nro 5.) referenda assumunt suffixum Nominativi pl. masc. generis; secus enim foeminina suffixa petunt, e. g. *velkí* páni nás *videli; naši, malí* ptáci *uleteli,* secus: *naše, malé* ptáky *uletely; moje* kone a *pekné* voly *zhynuly* (periverunt); *slepé* ste vy *moje zraky!* caeci estis vos oculi mei! (Marína); to *boli samí* králi v. kráľovia, at de regibus in chartifoliis: to *boly samé* krále, das waren lauter Könige. Bohemi, ut locis supracitatis docetur, etiam inanimatis tribuunt suffixum personalium *ové* et a consequenti etiam attributo

et praedicato terminationem masc. gen. e. g. *velicí* a *předivní* jsou skutkové *tvoji*, magna et mirabilia sunt opera tua. Ab hac construendi ratione abhorret Slovenus dicitque constanter: *velké* a *predivné* sú skutky *tvoje*. Similiter et cum subjectis neutr. gen. attributa et praedicata foem. gen. construit, e. g. *silné* vojska *podľahly*, fortes exercitus succubuerunt; čechice literarie: *silná* vojska *podlehla*, vulgariter: *silné* vojska *podlehly* (Lehrgeb. p. 250).

2) Praedicatum pluribus subjectis numeri sing. commune de regula in plurali stat, e. g. Dunaj a Nil sedem žilámi do mora *vtekajú* (D. Pokladnica); nebe a zem *pominú* (Matt. 24, 35); matka a dcéra *boly* u nás. Solet tamen et in singularem poni et quoad *genus* cum proximo construi, e. gr. píščala a struna *zní* (Hollý), fistula et chorda sonat.

3) Si unum plurium subjectorum personam masc. gen. designet, praedicatum suffixum Nominativi pl. masc. gen. postulat, e. g. otec a matka *zomreli;* sluha a slúžka *boli chorí.* Si subjecta diversarum sint personarum, potior ratio habenda est primae et secundae quam tertiae personae. Praestat enim prima reliquis duabus, secunda tertiae, e. g. *já* a syn mój *pójdeme* domov; *ty* a súsedi tvoji *zostanete* (manebitis) doma.

4) Duo substantiva ope *s* (cum) conjuncta, pro subiectis habenda, praedicatum in plurali sequitur, e. g. brat s bratom tri roky *putovali;* Martin s Mariou do stavu manželského *vstúpili.*

5) Subjecto collectivo singulari jungitur praedicatum in singulari. *Bratia* fratres et *kňazia* v. *kňažia* sacerdotes, čech. *bratří, kněží*, pol. *bracia, księża* (correspondentia collectivis vslovenicis: *bratija, kneęžija* et včechicis: *bratrija, kněžija)* praedicatum in pl. recipiunt, quia usu loquendi pro pluralibus non pro collectivis habentur, e. g. vaši bratia *padli;* kňazia sa darmo modlili.

6) Recentiores neutris: *knieža* princeps, čechico *hrabě* comes, haud pridem effícto *veličenstvo* majestas et auctivis contemptivisque a masculinis ope *isko* et *ina* deductis (§. 19. 1. a) complementa et praedicata in gen. masc. jungunt, (quod vix probari meretur), e. g. *náš mladý* knieža *bol* vo vojne, pro *naše, mladé, bolo.*

7) Cum indefinito aut ignoto subjecto verbum in gen. neutro singulari stat, quamvis substantivum praedicatum alterius sit generis, e. g. keď tma *bolo,* dum tenebrae fuissent; ani štvrť hodiny *neprešlo,* nec quadrans horae transivit. Hoc modo construuntur etiam:

a) *adverbia:* mnoho, viacej; málo, menej, nečo v. dačo, nič, dosť, kolko, tolko, čech. kolik, tolik etc. e. g. mnoho nás *bolo,* multi fuimus; viacej jich *kričalo,* plures clamarunt; nič *neušlo* smrti, nihil effugit mortem; kolko vás *bolo,* quot fuistis? b) *Numeralia cardinalia* a *päť* collective sumta, e. g. päť *padlo* a sedem *ostalo,* quinque (simul sumti) ceciderunt et septem manserunt. Singillatim enim sumta modo (§. 39. 4) proposito declinantur et praedicatum in plurali, genere masc. (§. 67. C. 2) poscunt, e. g. piati *padli,* siedmi *ostali.* c) Numeralia *collectiva,* e. gr. dvoje detí *má,* duas proles habet; štvoro jich hladom *zomrelo,* quatuor prae fame occubuerunt. Auctor Marínae in constructione: *štvoro* Sirén *stráža* (pro *stráži*) závoru (205), quatuor Syrenes custodiunt pessulum, citra necessitatem licentia poetica est usus. d) *Pól* dimidium, e. gr. pól mesta *vyhorelo;* pól druha zlatého *chybí,* semialter florenus deest; pól druhéj holby vína *zvýšilo,* semialtera media vini remansit.

§. 63. Usus Instrumentalis.

1) Instrumentalis est casus praedicati et saepissime gerit vices Nominativi secundi aliarum linguarum, qui praedicatum agit primi, e. gr. *Syn* kňaza musel byť *kňazom* (D. Pokl.), *filius* sacerdotis debuit esse *sacerdos;* nazdala som sa, že budem zas *dievkou* (Nár. Zpiev.), putavi, quod sim denuo *puella* futura; kým svet *svetom* bude (ib.), quousque mundus *mundus* erit, seu usque finem mundi; daj mi byť *snom,* byť *pokojom* (Marína); sine me esse *somnum,* esse *pacem* seu ut sim *somnus, pax.* Cum vero et Nominativus praedicati frequentis sit usus, e. gr. *mocná* si ty, moja predrahá! (Mar.) sladko je, toho volať priatelom, čo je *tvorca* svetov (ibidem), qui est *creator* universi; quaeritur: quid de usu utriusque regulae instar statuendum? — Discrimen, quod inter duos hosce casus intercedit, in sequentibus consistit: Instrumentalis subjectum *describit,* Nominativus praedicati *definit;* ille de eo *praedicat,* hic edicit, quid subjectum ipsum ceu tale sit; Instrumentalis indolem et proprietates subjecti exponit, Nominativus contra substantiam ejusdem, sicque de eo nil proprie praedicat, verum conceptum ejus tantum sub alia quadamtenus forma repetit. Cum autem usus loquendi arbitrarie magis, quam scientifice determinare soleat, quid ceu essentiale aut ceu accidens, ceu definiens aut describens considerari velit: suapte sequitur, discentem hic quoque ad eum non-

nisi relegandum grammaticumque munere suo omnino defunctum esse, ubi locum Instrumentalis approximative definiverit:

a) E supradictis patet, Instrumentalem in definitionibus adhiberi non posse dicendumque esse e. g. krása je *modla* (Mar.), pulchritudo est idolum; tma je smrti *stín* (ib.); hlásky sú *základné čiastky* slov (Štúr), soni sunt fundamentales partes vocum. Ubi contra subjectum per praedicatum describitur aut propius determinatur, Instr. poni debet, e. gr. každé jej slovo *hádkou* (aenigma) ti bude (Mar.); každý nemóže byť *vojákom.* b) Pronomen 3ae pers. ad praecedens praedicati instar referendum in Instrum. stat, e. gr. mnoho posmievačov znám, kterí len zvykom *nimi* zostali, tys *ním* od prirodzenia. c) Ubi praedicatum in longiori periodo per unum aut plura incisa a subjecto sejunctum est, aut ubi dubitari facile posset, quid subjectum et quid praedicatum sit, si utrumque in Nomin. staret, aut ubi perspicuitatis vel euphoniae ratio exposcit, Instrumentali utendum est, e. gr. táto ťažká a omrzlá práca, kterú som teraz započal, mala byť *ostatňou.* d) Non potest Instrumentalis poni: α) In constructione impersonali aut brevi loquendi formula expuncto verbo auxiliari exórta, e. g. *nemožno* nespievať pro *nemožno je; nesloboda* (je) zaháľať, non licet (ad vocem: *non est libertas)* otiari; *treba* (je) sa učiť, oportet discere; *potreba* bolo pomoci, opus erat adjutorio; to je *pravda,* hoc est verum; to je *chlap;* to *škoda* zkaziť, to je *haňba, posmech, zázrak, div* etc. β) In proverbiis stat passim Nominativus praedicati, e. g. staroba *choroba,* senectus ipsa est morbus; mladosť *pochabosť,* juventus ventus, pes psu *brat,* similis simili gaudet. c) Adjectiva indefinita, uti *rád, hoden, dlžen, pánov, matkin* etc. dum praedicatum agunt, semper stant in Nominativo, quia indefinita forma jam in se est forma praedicati (§. 32. B. 1), e. g. kdo času vážiť nevie, života je *nehoden* (Pokl.), qui non scit tempus aestimare, indignus est vita.

2) Praeter *byť* etiam alia verba petunt praedicatum in Instr. Talia sunt: a) *zdať sa* v. *videť sa* videri, *ukázať sa, preukázať sa* exhibere se, e. g. prítomný čas sa nám často *dlhým,* minulý ale len *jedným okamžením* zdá byť (Pokl.); láska sa mnohým *pútom zlatým* zazdala (supple: *byť.* Marína); terajší svet sa *nevďačným* preukazuje naproti Kristu (Pokl.). Nominativus praedicati in hoc casu vix probari potest, legitur tamen hinc inde, e. gr. zdá sa mi tvój hnev *nepotrebný* (Mar.), ira *non necessaria.* b) Verba, quibus Slavi,

correspondenti auxiliari germanico *werden*, latino *fieri* destituti, transitum ex uno statu in alium designare solent, uti *stať sa* sensim fieri, *zostať* vel *ostať* repente fieri, e. g. čas príde, že dušam svatým Sitno sa stane *hradom* (arx) *odkliatym* (Mar.); Ježiš z lásky k nám zostal *človekom* (Pokl.); chcel si *Bohom* zostať (Hollý), voluisti *Deus* fieri. Verbum *zostať* vel *ostať* etiam in significatu *manendi* poscit Instr. e. g. vól zostane *volom*, čo ho aj do Viedne poženieš (proverbium); jak sa toho roku nevydám, zostanem *pannou* až do smrti, manebo *virgo* usque ad mortem. In sententia: *prázná* zostaňe krajna (Hol.) Nominativus pro Instr. minus tamen bene stat.

3) Quaepiam verba in aliis linguis duplicem Accusativum regentia in slavica secundum objectum in Instr. recipiunt. Talia sunt: a) verba nominandi, vocandi, uti *zvať, volať, nazívať, menovať, prezívať* et respondentia reflexiva: *zvať sa, volať sa* etc. vocari, e. gr. jak je velebno, krásu *matkou*, čnosť, pravdu volať *sestrou sladkou* a pokoj *bratom* nazívať! (Mar.); všecko, čo človek *žitím* menuje (ib.), quod homo vitam vocat; prezívať ťa budem *skupáňom, lakomcom, neznabohom, hlupákom* etc. compellabo te avarum, invidum, atheum, stolidum; budeš sa zvať *ženou* (Nár. Zpiev.), vocaberis mulier; *syny božími* nazvaní budú (Matt. 5, 9); čo sa z ťeba narodí, buďe nazvané *synom božím* (Luc. 1, 35). Hinc inde etiam cum *písať sa,* scribi v. scribere se solet Instrumentalis *cognominis* jungi, e. g. píšem sa *Jozefom Podhradským*, *Potockým* etc. b) Verba faciendi, constituendi: *urobiť, učiniť, spraviť* et reflexivum *robiť sa* fingere se, simulare, e. g. capa zahradníkom spraviť (prov.), committere lupo ovem, ad verbum: hircum hortulanum facere; žádne výhlädy na svetské hodnosti neučinily jich *nevernými* Kristu (Pokl.); *najvyšším* sa *Bohom* sám ešče robíval (Hollý), *supremum* se *Deum* ipse fingebat adhuc; *hluchým, nemým, slepým, chorým* etc. sa robiť, surdum etc. se fingere. Bohemi cum verbis *činiť, učiniť* adjectiva indefinita, cumprimis participia passiva, ad animata referenda, loco Instrumentalis Genitivum indefinitae formae in *a* solent ponere, e. g. řeč tvá *známa* (pro *známým)* tebe činí, sermo tuus manifestum te facit, učiním ho *účastna, jista, spasena* etc. (pro *účastným, jistým, spaseným),* faciam eum participem, certum, salvum. Cum Infinit. *býti* vero Dativum in *u,* e. gr. dáli ti Bůh *živu* (pro *živým)* býti, sicque et in plurali: dáli vám Bůh *živu* (pro *živými)* býti, si te (vos) Deus vivum (vivos) esse jusserit.

4) Verba quaepiam motum designantia, uti *hýbať, hnúť, pohnúť* movere, *triasť* succutere, *kývať* nutare, vellicare, *hodiť* jacere, *strčiť, sotiť* trudere etc. objectum, quod movetur, pro Acc. aliarum linguarum in Instrumentali poscunt, e. g. *každým* trase besnota *údom* (Hollý), quodvis membrum exagitat rabies; mój ohlas *brehmi* zatriasa (Mar.), meum echo ripas commovet; kývať *hlavou, rukou, nohou* etc. movere caput, manum, pedem; hodiť *klobúkom*, projicere pileum; ani *sebou* hnúť nemóže, nec *se* movere potest; *rozumom* pohnúť, animo aliquid movere etc. *Hodiť* aliaque cumprimis composita etiam cum Accusativo construuntur, ubi actio propius est determinanda, e. gr. hodil *knihu* na stól; to *ma* pohnulo, hoc me movit; vyhodím *ho* von, ejiciam eum foras. Cum Instr. construuntur etiam sequentia verba: *vládnuť, vládať,* e. gr. *zemú* vládnuť budú (Matt. 5, 4); že vládnem *krásou čárnou,* svet vraví (Mar.), quod *magicam* possideam *venustatem; ničím* nevládze (Nitra), nihil possidet v. potest; *pohrdnúť* vel *zapovrhnúť* spernere, e. gr. pohrdňe *blahoslavenstvom* (Hollý), spernet felicitatem; *prisluhovať svátosťmi* v. *svátosti,* sacramenta administrare; *chlúbiť* v. *chvastať sa* gloriari; *obdariť* nekoho *nečím,* cuipiam donare aliquid; *zapodievať* vel *zaneprazňovať,* e. g. *skvostnými* zaňeprázňoval *hodmi* (Hollý), splendidis occupabat conviviis; *páchnuť* vel *raziť, voňať, smrdeť,* e. gr. *plesninou* páchne vel razí, mucorem redolet; *capinou, myšacinou, zdochlinou* etc. razí v. smrdí, hircum, murem, cadaver redolet; *kadidlom* voňať, thus redolere; *svetom* páchne (prov.), mundanus v. vanus est; *čertom* smrdí (prov.), mali quidpiam molitur.

5) *Modus,* quo quidpiam fit, Instrumentali designatur, e. gr. nemilujme *slovom,* ani *jazykom,* ale *skutkom* a *pravdú* (1. Joan. 3, 18); slnko *hrozným* dolu *treskotom* húkňe (Hollý), sol horrendo cum fragore delabetur. Huc spectant expressiones passim adverbialiter usitatae: *slovom, skutkom, príkladom* exemplo, *celkom* vel *celky* penitus, *následkom* toho consequenter, *razom* repente, *vonkoncom* extreme, penitus; *krížom* in crucem, *právom* jure, *menom* nominatim; *razom,* repente; *hlady* mreť, famem pati; *chýrom* dať, nunciare; *hajnom* chodiť, turmatim oberrare; vlasy mu *dubkom* stojá, die Haare stehen ihm zu Berge; oči mu *stlpkom* stojá, oculi ejus columnae instar stant, seu non moventur; *krokom, sepkom* v. *skokom, cvalom* isť, pedetentim, tolutim, incitatis habenis equitare, ire, v. vehi; naše role *úhorom* v. *prielohom* ležia, unsere Felder

liegen brach; *blkom* v. *plameňom* horeť, flammare; hore *hlavou, nohámi,* capite, pedibus sursum versus; dolu *hlavou, nohámi* etc. Instrumentalis modi etiam ad quaestionem: quo respectu? adhibetur, e. gr. blahoslavení chudobní *duchom* (Mat. 5, 3); zešlého *vekom* Častislava do pút zevreli (Hollý), provectum *aetate* Častislavum in compedes conjecerunt; Slovák *rodom,* Uhor *srdcom;* nielen *duchom,* ale i *krásou* ženské toho času prevyšovala (D. Pokl.). Denique Instrumentali exprimi solet: a) *spatium* quoque, in quo subjectum versatur, e. g. *prostredom* hája sám kráčá (Hollý), *per medium* silvae solus ambulat; *dolinou tmavou* pokoj si chodí (Mar.), *per opacam vallem* etc. žiale svoje *poľom* rozlieva (ib.); keď som bola dievkou, videli ma *dierkou:* teraz som nevestou, nevidia ma *cestou* (Nár. Zpiev. pag. 260), cum fuissem puella, videbant me *per foramen,* nunc sum nurus, non vident me *viâ* (supple *euntem);* hore *Váhom,* dolu *Váhom* duha vodu pije etc. (carmen pop.); hore *vrchom* contra montem, dolu *vrchom* de monte, german. bergauf, bergab; *oknom* hľädeť, per fenestram prospicere; *dvermi* vojsť, per portam intrare etc. b) indeterminatum intervallum *temporis,* quo quidpiam fit, e. gr. mnohí sa len zato *dňom* i *nocou* (diu noctuque) usilujú, že musia (Pokl.); čo sa nedá *chvilkou,* to sa podá *časom* (Mar.), quod momento fieri nequit, fiet sensim.

6) Modo, quo quidpiam fit, affine est *medium* aut *causa,* per quam quidpiam fit, statque etiam in Instr. e. g. poľe *suchotú* a *horúcím* zvadnulo *slnkom* (Hollý); ňehňe sa *ľutosťú* (id.), non movebitur *dolore;* oči jej *pomstvou* (vindictâ) sa svieťa (*Mar.*). — Instrumentali causae similis est Instrumentalis in constructione passiva loco Ablativi Latinorum cum *a* v. *ab* Slavis quam saepissime usitatus, e. gr. zrazený *Slávom* padnul (Hollý), decussus *a Slavo* cecidit; slnko *tuhým* trovené *ohňom* (id.), sol vehementi consumtus igne; ty ale *peklom* vyslaná špato (Mar.)! tu vero *ab inferno* exmissum monstrum! spievam *peknotou* nadsený (ib.), cano *pulchritudine* afflatus vel inspiratus; zdá sa mi, Slovenky! že *nebom* k spevu ste určené (destinatae D. Pokl.).

7) Denique Instrumentali exprimitur etiam *instrumentum,* quo quidpiam perficitur, sive physicum, sive psychicum fuerit, e. g. kdo mešec tratí, nech *chrbtom* platí (prov.), qui non habet in aere, luat in pelle (proprie: *dorso);* čižmár Boha nezná, *kopytom* sa žehná; kováč mechy dúcha, ženu *mlatkom* (malleo) búcha (Nár. Zp.); *hro-*

movým (fulmineo) ho *mečom* bi (Hollý); *žitným* slychy *vencom* okřásí (id.), triticeo tempôra serto ornabit; láska smrť *žitím* zabije (Marína), amor mortem vitâ perimet; *duchom svojim* vskries tela (ib.), spiritu tuo resuscita corpora.

§. 64. *Usus Nominativi.*

Nominativus est casus subjecti. — Praedicatum quoque non raro in Nominativum poni, e praec. §. patet. — Per se intelligitur porro, omne substantivum, quod qua *appositio* ad subjectum refertur, et omne adjectivum, quod eidem *attributi* instar jungitur, pariter in Nominativo stare debere, appositionem praeterea in *genere* et *numero* discrepare posse cum substantivo, ad quod refertur, e. g. *mesto Košice* vyhorelo, urbs Cassovia exarsit; *mesto Rím* leží v Talianskej; *rieka Dunaj, knieža Premysl* etc. Hic loci id solum observandum superest: in slav. lingua adjectiva *prvý* primus, *celý* integer et *všetek* totus substantivis apposita loco adverbiorum aliarum linguarum quam saepissime adhiberi, e. g. já sa *celý* strápím (Hollý), germ. ich werde mich *ganz* abquälen; *celí* sa odovzdali orbe (id.), sie haben sich *ganz* dem Ackerbau hingegeben, toti se dediderunt agriculturae; medzi volom a oslom *všetok* opustený ležím (Pokl.), *ganz* verlassen, *plene* derelictus; svatý Štefan *prvý* založil v Uhorsku biskupstva.

§. 65. *Usus Accusativi.*

Accusativus est casus objecti et ceu talis rarioris est in slavica, quam in coeteris linguis, usus. Ab usu loquendi pendet nimirum: quid in lingua per se subsistentis objecti instar considerandum et ceu tale Accusativo designandum quidve pro secundario, cum sententia externe nonnisi cohaerente membro habendum sit. Atque ultimo hoc respectu non tantum verba transitiva quam plurima, in aliis linguis Accusativum, in slavica vero obliquum casum nominatim *Genitivum* regentia, sed et objecta occurrunt, quae, usu Slavis peculiari et characteristico, nunquam pro objectis habentur. Talia sunt: a) in singulari apud Slovenos aeque ac Bohemos omnia substantiva masc. gen., quae entia animata, et in plurali apud Slovenos tantum Polonosque omnia substantiva masculina, quae *personalia* entia designant. Horum Accusativus, aequalis olim, ut in inanimatis, Nominativo, syntactico usu exolevit locumque suum qua

casus objecti in omnibus iis relationibus, in quibus alia substantiva in Accusativum ponuntur, Genitivo cessit seu, quod idem est, Genitivo est aequatus (cfr I. et III. paradigma masculinorum), e. gr. milujem *otca:* milujem *matku;* vidím *chlapov, pánov, kráľov:* vidím *duby, stromy, meče* etc. b) Bohemi et Poloni in sententiis negativis nullam vocem habent pro objecto, seu loco Accusativi utuntur obliquo casu Genitivi, e. g. muž volá *ženu,* vir vocat mulierem, *negative:* muž *nevolá ženy,* vir non vocat mulierem. De slovenica nostra hoc respectu prorsus idem statui haud posse, §. 67. D) dicetur. — Ex his suapte fluit, facilius esse determinatu: quid non sit, quam quid sit in Accusativum ponendum. Videsis idcirco §. citatum, in quo de usu Genitivi agitur. — Hic loci vero nonnisi sequentia percipe:

1) Mensuram spatii et temporis pondusque Accusativo amat exprimere Slavus, e. g. naša roľa, která *dve hodiny* cesty leží od mesta, je *štyri siahy* dlhá a *dve siahy* široká, noster ager, qui duarum horarum itinere distat ab urbe, est quatuor orgias longus et duas orgias latus; čo tu stojíte *celý deň* (Matt. 20, 6), quid statis hic tota die? Syn boží *každý rok* (quovis anno) prichádza k nám (Pokl.); čakaj ma *tri róčky* (N. Zpiev.), expecta me tribus annis; so šuhajky sedá *celé odvečeria* (ib.), cum adolescentibus sedet toto vespertino tempore; *tento týždeň,* hac septimana; *túto noc,* hac nocte etc. Huc refer et adverbia: *večer* vesperi, *dnes* hodie, *letos* hoc anno, *ráno* mane, *jutro* cras aliaque. *Dva centy* a *tri funty* ťažký, duos centenarios et tres libras appendens.

2) Verba intransitiva: *boleť* dolere, *stáť* (vel *koštovať* e germ. *kosten), mrzeť* taedere, *svrbeť* prurire, et *oziabať* frigere regunt Accusativum personae, e. g. *naše deti* hlava bolí, nostris prolibus caput dolet; *moju vnučku* šaty sto zlatých stály, meae nepti vestes centum florenis constiterunt; mrzí *ma* život, taedet me vitae; svrbí *ma* dlaň, prurit mihi vola; oziaba *ma* v nohy, frigent mihi pedes.

§. 66. *Usus Vocativi.*

Vocativus est casus subjecti, quod alloquimur aut vocamus. — Štúr ejusque asseclae praeter Vocativos: Bože, pane, človeče, otče, chlapče in scriptis juris publici factis vix alios adhibuere. Perperam id factum fuisse, quaevis fere pagina carminum popularium et Epigenis slov. pag. 69—73. sat superque testatur. — Usus Vocativi

paucis iisdemque regulis definitur, quibus in aliis linguis; praeterquam, quod nomina familiarum, cum praefixis titulis: *pane, pani* usitata, loco Vocativi passim in Nomin. stent, e. gr. pane Kopitár! pani Nováčka! Idem valet de nominibus propriis, e. g. panno Maria, virgo Maria! panno Veronika! In formula: pane, Ježiši, Kriste! more bohemico omnia tria nomina stant in Vocativo.

§. 67. *Casus obliqui. Genitivus.*

Casus obliquos determinandis essentialibus sententiae membris servire, §. 61. IV. attactum fuit. Primus eorum, Genitivus nempe, proxime accedit casibus rectis, quos inter et coeteros obliquos medio quasi loco stat triplexque distinguitur: praedicati, subjecti et objecti.

A) Genitivi *praedicati* instar considerandus est: 1) Genitivus *descriptivus,* in quem proprietas rei aut personae describendae attributa cadit, e. gr. blahoslavení *čistého srdca* (Matt. 5, 8.); hňed rychlonohých povolá *rodu svého* junákov (Hollý), illico celeres vocabit sui generis heroes; tri *menšej šíre* potôčky (id.), tres minoris latitudinis fluviolos; *zázračnéj* knihu mi *veličavy* na kvetnú dlážku prestrela (Mar.), mirandae molis librum super florido strato expandit; šuhajko! *pekného* si *mena* (N. Zpiev.); človek *čistého svedomia,* homo purae conscientiae; zlatý *sriebra,* florenus conventionalis monetae, minus bene: *na sriebre* vel *v sriebře,* in argento; zlatý *viedenskéj ceny,* čech. *vídenského čísla,* ein Gulden Wiener Währung.

Nota. Si proprietas substantivo et adjectivo constet, quidam Slovenorum adjectivum cum persona v. re describenda construendo, substantivum vero in Instrumentalem modi (§. 63. 5) ponendo supplent Genitivum descriptivum, dicentes e. gr. človek *čistý svedomím* pro *čistého svedomia.* Amoenam hanc construendi rationem et laureatus poeta, Hollý, quam saepissime observat, e. g. vzáť kážú tri *zlaté ostím* a *šteblami* klásky (Cyrillo-Meth. pag. 3), pro: tri klásky *zlatého ostá* a *štebel,* sumere jubent tres spicas aurearum aristarum et culmorum; *Ustami černých* tristo Moren (l. c. 32), pro: tristo Moren *ust černých,* tercentae Morenae (deae mortis) nigri oris.

2) Definitum temporis intervallum, intra quod quidpiam fit, stat etiam in Gen. e. g. *leta patnástého* císařstva Tiberia (Luc. 3, 1.);

minulej pólnoci (praeterita media nocte) sme zase pochovali jeden rok (Pokl.); boli by ta dievča *téj jeseni* (hoc autumno) vzali (N. Zpiev.); Syn boží každý rok *dnešného dňa* (hodierna die) k nám prichádza. Hinc et annus datumque de regula Genitivo exprimitur, e. g. roku tisíc osemsto pädesiateho; dvaciateho piateho Kvetňa; roku bežiaceho, anno 1850; 25a Maji, anno currenti.

B) Gen. *subjecti:* Persona v. res, quae aut stricto sensu possidet quidpiam, e. g. kniha *mojeho brata, zámok Ladislava kráľa,* aut latiori sensu, cui quidpiam attribuitur tamquam ad eam spectans aut ab ea procedens, stat in Genitivo, e. g. obraz *svatého Jána;* duch *našeho veku,* genius aevi nostri; nauka *Ježiša Nazaretského;* žriedlo *slastí* a *rozkoší,* fons dulcedinum et deliciarum.

Nota 1. Nomina personarum sine complemento posita, ad possessionem designandam, non in Genitivo, sed sub forma adjectivorum possessivorum junguntur rei possessae, e. gr. Syn *boží,* filius Dei; dom *Davidov;* telo *Kristovo,* corpus Christi; otec *nevestin,* pater sponsae; slovo *božie;* kráľ *židovský, uhorský, český;* pro: syn *človečí* attamen et syn *Mariin* dicitur: syn *človeka,* syn *Marie.* Si vero possessoris nomen per aliud quodpiam determinetur, de regula in Genit. stat, e. gr. syn *Boha živého,* listy *svatého Pavla,* kráľ *udatných Čechov* etc.

Nota 2. Nomen rei possessae in secunda parte periodi potest exmitti, e. g. život *mladých* je radosť a *starých* samá omrzlosť, vita juvenum est gaudium, senum vero merum taedium.

C) Medio subjectivum inter et objectivum Gen. stat Genitivus *partitivus.* 1) Substantiva partem, numerum, copiam, mensuram, pondus etc. designantia rem, cujus partem, copiam etc. constituunt, in Genit. petunt. Talia sunt: a) indefinita nomina *časť* vel *čiastka* pars, *počet* numerus; *mnoztvo, sila, moc* copia, *krdeľ* agmen, *hajno* turma, *hromada* v. *hrba* cumulus etc. e. g. nikdo nezná počet *dní svojich;* zabitú časť *lichvy* delíme (Hollý), occisam partem pecoris dividimus; uhledňú silu *stád, ščepnic* všade mnozstvo (id.), videbunt copiam armentorum, ubique multitudinem pomariorum; dá zreť hajno raráškov a hajno dračic (id); lipa vtedy moc *lístkov* zpustí (Marína), tilia tunc multa folia demittet; *vranných orlov* (nigrarum aquilarum) krdel zletne (ib.). b) Voces determinatum numerum aut mensuram denotantes: *kopa* Schok, *holba* media, *okov* urna, *siaha*

orgia etc. kopa *lieskovcov* (avelanarum); holba *vína, pálenky, piva;* vrece *peňazí,* saccus pecuniae; koš *šalatu,* corbis lactucae etc.

Nota. Comparativi contra et Superlativi non poscunt, uti in latina, Gen. partitivum, sed tantum praepositionem *z* ex, e. gr. pobil i Bista, čo *ze všech* bol najsilňejší, vastavit et Bistum, qui *omnium* fuit fortissimus (Hollý); mladšia *z nich* bola peknejšia.

2) Numeralia cardinalia a *quinque* incipiendo in Nom. et Acc. stantia et omnia collectiva Genitivum rei numeratae postulant, e. g. dajte mi päť *zlatých;* šesť *chlapcov* a desať *dievčat* bolo tu; v tebe máme *pekných obrazov* dvoje (Mar.); šedmoro *žrebcov* a troje *mládencov* na žertvu padlo (Hollý), 7 equi admissarii et tres juvenes in victimam cecidere. Objecta hoc modo cum cardinalibus constructa collectivo sensu sumuntur. Quodsi vero singillatim sumenda sint, cardinalia modo §. 39. 4) exposito declinata adjectivorum instar eis junguntur, et quidem per omnes casus si *personalia* sint, *impersonalibus* contra tantum in G. D. L. et Instr. e. g. *piati* vojáci padli, 5 (sing. sumti) milites ceciderunt; *šiestich* chlapcov som videl, 6 (sing. sumtos) pueros vidi; z *deviatich* diel strieľali, ex 9 tormentis jaculabantur; v *ósmich* dedinách horelo, in 8 (singil. sumtis) pagis ardebat etc.

Nota. Si numerus partem majoris cujuspiam copiae designet, haec cum praepositione *z* stat in Gen. e. g. peť *z nich* bolo hlupých a peť opatrných (Matt. 25, 2); dve *z týchto vláken* usta obsadly (Mar.), duo horum filorum os obsederunt. Hoc ipsum valet de *každý, žáden, nikdo, kdokolvek* aliisque pronominibus indefinitam quantitatem exprimentibus, e. gr. každý *z nás* je presvedčený, quisque nostrum est persvasus; žádna *z nich* nezblúdi (Mar.), nulla earum deviabit etc.

3) Adverbia: *mnoho, málo, viac, menej, dosť, plno* multum, *trochu* parum etc. *kolko, tolko, nekolko, netolko* etc. et pronomina: *čo, nič, nečo* v. *dačo, čosi* regunt etiam Gen. part. e. gr. mnoho máš *peňazí,* ale *priateľov* málo; dosť mám *všeckého;* u nás je plno *hostí;* není na nebi tolko *hviezdičiek,* kolko mi dala milá *hubičiek* (oscula. N. Zpiev.); kolko *hodín?* quota hora? čo počuť u vás *dobrého?* was hört man bei ihnen Gutes? nič v ňom nemáš *svatého* (Mar.), nil est in eo sancti; moc on mal čehos' *milého* (ib.) nečo *peňazí* mi daj. — Huc refer etiam usum loquendi Slavis peculiarem,

vi cujus vox, quae in aliis linguis pro subjecto sententiae haberetur, in slavica saepius in partitivum Gen. ponitur et constructio fit impersonalis. Ut autem id fieri possit, subjectum indeterminatum sit necesse est, e. gr. *všetkého* bolo na dóstač, omnia erant in abundanti; tam bude *hostí* bez počtu, ibi innumeri hospites erunt.

Nota. Etiam adverbia et pronomina quantitatis partem cujuspiam integri exprimentia cum *z* recipiunt Genitivum, e. g. mnoho *z bohatstva* už strovil; nečo *zo zbožia* zostalo, quidpiam frumenti remansit.

4) Negativa sententia enuncians, quidpiam non esse, non existere, semper impersonaliter construitur cum partitivo Gen. et in hoc casu non tantum indeterminata objecta, ut in affirmante sententia, sed et determinatae personae et res stant in Gen. e. g. kde není *kázne,* není *bázne* (prov.), ubi non est disciplina, non est timor; *skál* Sitna tam už nebolo (Mar.), saxa montis Sitno ibi jam non fuerunt; *blaženejšej* nebude *ženy* (ib.), felicior non erit mulier; Excipitur tamen *nič,* quod semper in Nomin. stat, e. gr. není *nič* nového pod slncom, nil est novi sub sole.

D) Genitivus *objecti,* ut e sequentibus patebit, ita fere coarctat sphaeram Accusativi, ut Genitivus part. in negativa sententia sphaeram Nominativi.

1) In čechica dialecto de regula omne objectum, quod in affirmativa sententia Accusativo designatur, debet in Genitivo stare, quamprimum sententia est negativa, e. gr. nemá *hlavy, zubů,* non habet caput, dentes; nemůže *nohy* (pedem) pohnouti, nekoupím *toho* (hoc) tak draho, neumí *zajíců* stříleti, non scit lepores trajicere etc. A regula hac tantum pronomina: *co, což, něco, nic* indeterminate adhibita excipiuntur stantque in Acc. Slovenica contra alia quoque objecta quam saepissime exprimit Accusativo, e. g. neznali *zbroj* (Hollý); zúfalec nezná *večné nádeje* (Mar.); *svazok verný* nezhubí (ib.), tak *rany svoje* nikdy nezhojíš (ib.), ita vulnera tua nunquam sanabis. Speciatim in Acc. ponuntur: a) objecta Genitivo determinata, e. gr. nikdo nezná *počet dní svojich* (Pokl.); *nádeje šlechetných duší* nemorí osúdov zrada (Mar.), spes nobilium animarum non perimit proditio fatorum; b) objecta pronominibus: *čo, nič, nečo, voľačo, dačo* expressa, e. gr. nemáme *čo* jesť, ubi *čo* stat pro *nič*: nemáme *nič* jesť; *nič* som nedostal; bojím sa, abych

nečo neztratil. Constructio: *ničeho* zlého ňeučinil (Luc. 23, 41) pro *nič* zlého, est genio slov. linguae quam maxime adversa. c) Si negatio ad unam solum vocem, non ad integram sententiam referatur, e. g. v šatách netak *kroj*, jako trvácnosť maj na pozore. (In hoc casu et Bohemi Accusativum ponunt, e. gr. jiné milosti dosáhnouti nemohl, než toliko *tu*). — Secus et Sloveni objectum Genitivo exprimere amant, e. g. *nijakých mest* a *ďedin* ňemajú; *ľudských* ňezbíjali *končin*, bezbožnými *drahéj* mečmi ňeľáli *krvi* (Hollý).

2) Substantiva masc. gen. entia animata denotantia in singulari et si entia personalia designent in slovenica et polonica nec in plurali habentur pro objectis et idcirco habent Accusativum aequalem Genitivo (cfr I. et III. par. masc.) seu, quod idem est, stant in Gen. ubi alia in Accusativum ponuntur, e. gr. cti *otca svého* a matku svoju, honora patrem tuum et matrem tuam; *nesmrtného ducha* zazrela (Marína); poslal k nemu *poslov, chlapcov* (nuncios, pueros. 1. Mach. 13, 14 et 19). Excipiuntur masculina foemininae declinationis: *sluha, bača* etc. Haec enim qua objecta in singulari in Accusativo stant, complementa eorum nihilominus regulariter in Gen. ponuntur, e. g. *našeho starého* sluhu zabili, non: *náš starý*. Bohemi in plurali loco Genitivi Accusativo objecti utuntur, e. gr. poslal k němu *posly, chlapce, muže, nájemníky, učitele* etc. (cfr I. et III. par. masc.). Hos imitatus est auctor Marínae in sententia: *svoje* naň vysiela *vrahy* pro *svojich vrahov*.

3) Praeter substantiva verbalia objectum logicum non raro in Gen. recipientia etiam *škoda* damnum, *treba* opus et *potreba* necessitas; *žiaľ* dolor, *ľuto* mi poenitet me aliaque impersonaliter posita cum Genit. objecti construi solent, e. gr. škoda *celého života* (N. Zpiev.), Schade um das ganze Leben; netreba ti *ženy* (ib.), non est tibi opus uxore; žiaľ mi v. ľuto mi *rodičov*, lugeo parentes etc.

4) Adjectiva: *plný* plenus, *prázny* vacuus, *schopný* habilis v. capax, *hoden* dignus, *vinen* reus, *povedomý* conscius, *chtivý* vel *žádostivý* cupidus, *účastný* particeps et čechica: mocen, následovný, poslušný, prost, syt, vděčen, blízký, bedliv vel pilen solers etc. poscunt Genitivum objecti, e. g. *vad* a *úhony* prázný život (Hol.); snažnosť *trestu* hodna, conatus poena dignus (ib.); vinen *smrti*, reus mortis etc. *Hoden* etiam cum Acc. pretii solet construi, e. g. moja kniha je hodna *tri zlaté* (3 Gulden werth); *plný* vero cum Instrumentali, e. g. plný *duchom svatým* (Luc. 4, 1).

5) Verba *habendi, dandi, accipiendi* aliaque similia objectum in Gen. recipiunt, si de indeterminata parte cujuspiam integri sermo sit; quo in casu Germani articulum exmittunt, Galli vero Genitivo partitivo utuntur, e. g. káž si dať *chleba, piva, vína, vody, pálenky* etc. Posito objecto in Acc. indicatur, de integro esse sermonem, e. g. káž si dať *chlieb, pivo, víno* etc. lass dir *das Brod, das Bier, den Wein* geben; mám *chlieb,* habeo panem (puta: integrum).

6) Genitivum objecti regunt etiam sequentia verba: *zbaviť, pozbaviť, sprostiť* liberare et respondentia reflexiva: *zbaviť sa* etc. Queis adde: *báť sa, ľakať sa, desiť sa* timere, *chrániť sa* v. *varovať sa* vitare, *chytiť sa, držať sa* adhaerere, *dočkať sa* praestolando assequi, *dopustiť sa* committere, *dozvedeť sa* rescire, *dožiť sa* vivendo assequi, *hanbiť sa* pudere, *pítať* v. *opítať sa* interrogare, *odriecť* v. *odreknúť sa* abdicare, *radiť* v. *poradiť sa* consulere, *týkať sa* attinere, *napiť sa, opiť sa* inebriari, *najesť sa* saturari, *objesť sa* excedere in edendo, *nažrať sa, ožrať sa* etc. e. g. *panenskéj slobody* ťa zbavujem (Hol.), virginali libertate te privo; a *zlých* ho sprostili *blúdov* (id.), et a malis erroribus eum liberarunt; haňba mužom *sna* sa báť (id.), dedecet viros somnum timere; hlad sa *šibenice* nebojí (prov.), necessitas frangit legem, ad vocem: fames non timet patibulum; ľaká sa maznák *chudoby* (Mar.); chráň sa *slepéj* ľúbosti (ib.), vita coecum amorem; starci! vy ste sa *pokojného večera* dožili (Pokl.); dočakám sa *mladéj ženy* na jaseň (N. Zp.). Huc refer impersonales expressiones: odnechcelo sa mi *všetkého,* pertaesum est me omnium; zachcelo sa mi *mäsa,* zažiadalo sa mi vody, concupivi carnem, aquam; pribylo mi *rozumu,* profeci mente; ubylo mi *peňazí,* diminuta est mea pecunia a *pribyť, ubyť* v. *pribudnúť, ubudnúť,* frequentative: *pribývať* augeri, *ubývať* diminui. Alia, praeter respondentia adlatis slovenicis, quam plurima Genitivum regentia čechica verba videsis in Lehrgebäude der böhm. Sprache p. 290 et seq.

§. 68. *Dativus et Localis.*

I. Dativus est casus objecti, ad quod actio verbi dirigitur. Usus ejus sequentibus definitur: 1) Persona vel res, pro qua, respectu cujus, in commodum aut incommodum cujus quidpiam fit, stat in Dat. e. g. pracuješ a *komu? synovi,* ktorý všecko premárni;

celému svetu som dobre prial. Huc refer: a) loquendi modum *dať sa komu* v. *čemu* cum infinitivo in sensu *permittendi*, e. g. nedám sa *ti* oklamať, non permittam me a te decipi. Sic et: *dať komu* v. *čemu pokoj*, omittere, e. gr. daj *téj veci* pokoj, omitte hanc rem. b) Pleonasticum usum pronominis: *sebe* v. *si*, ad conciliandam sermoni speciem quamdam modestiae aut incuriae, e. g. budeme *sebe* vel *si* piť; v snách *si* dýcha zavitá (Marína); rob *si*, čo chceš. c) Complures impersonales expressiones, uti *ľuto mi* doleo, *zima mi* frigeo, *náhlo mi* propero, *teplo mi* caleo, *bolo ti* tu zostať (pro *bolo ti treba* = oportuit); *nebolo ti* (treba) dať, non oportuisset dare; *treba* (je) *nám* peňazí, pecunia nobis est opus; *netreba ti* (je) knihy, non eges libro; *hanba* (je) *mužom* sna sa báť (Hol.), dedecet viros somnum timere; *beda*, vae! (pro *beda je*), e. gr. beda (je) *úrodným* tu *poľám*, beda *ľudstvu* a *lichve!* (id.), vae fertili hic solo, vae hominibus et pecoribus. d) Latinus usus loquendi *est mihi liber* loco *habeo librum* in slavica tantum ad designandum personae aut eventus cujuspiam aetatem adhibetur, e. g. *mojej sestre je* desať rokov, meae sorori sunt 10 anni, seu *est* 10 *annorum*; *bolo mi* päť rokov, eram 5 annorum; solet tamen in adlatis casibus et *mať* habere, usitari, e. g. *mal som* päť rokov; — *bude tomu* osem rokov, 8 anni erunt; móžu *tomu byť* dva týžne, čo sme tam neboli, duae septimanae possunt esse, a quo ibi non fuimus. Phrases Latinorum: *agere, complere annum* Slavus verbis *isť* et *minúť* impersonaliter positis exprimere amat, e. gr. *ide mi*, *išlo mi*, *pójde mi* na piaty rok, lat. ago, egi, agam quintum annum; *minulo mi* päť rokov, complevi quintum annum aetatis.

2) Verborum Dativum personae vel rei regentium quaepiam adduxisse sufficiat: *dať*, *diviť* vel *čudovať sa*, *ďakovať*, *hroziť* minari, *hnusiť sa* fastidire, *hoveť* favere, *kázať* mandare, *priať* vel *žičiť* optare, *slúžiť*, *škodiť* nocere, *osožiť* prodesse, *patriť* spectare, *radiť* consulere, *určiť* destinare, *sľúbiť*, *tešiť sa* laetari, *modliť sa*, *veriť*, *klaňať sa* adorare, *ľúbiť sa*, *páčiť sa*, *videť sa* placere, *zdať sa* videri etc. Composita: *blahoslaviť*, *zlorečiť*, *poručiť* legare, *doručiť* tradere, *prislúchať* competere, *požičať* mutuo dare, *pomócť*, *sveriť* concredere, *utrhovať* calumniari, *odpustiť* parcere, *posmievať sa* irridere, *ublížiť* offendere, *ujsť* effugere, *závideť* invidere etc. e. gr. daj zmužilosť, *praj* vládu *Slovákom!* (Hollý); ozbrojovať sa *mužom* kážú (id.); *anďelským* rozkáže (mandabit) *sluhom* (id.);

žádným sa *sochám, žádným* sa *chrámom* neodpúšťá (id.), nullis statuis, nullis templis parcitur; *padlým* v boji trizna prislúchá (id.), iis, qui in pugna ceciderunt, sacrificium *trizna* dictum competit; jak si ušel *vraždám* (id.), quomodo effugisti necem? neverím *sprostéj prírode* (Mar.); verím *v Boha* vel *Boha* est latino barbarismo: *credo in Deum*, conformiter constructum; *zákonom svatým* slúžili (ib.); ruže *lonu* sverila (ib.), rosas sinui concredidit; *komu* s' té vence určila? (ib.); do špatných *jej* nadáva (ib.), vocat eam turpem; do oslov *nekomu* nadávať, asinum compellare; láska sa *strachu* vysmeje (ib.), amor irridebit timorem. Verbum *dať* in significatu *curandi* duplicem plane Dativum admittit, e. g. dám *si* kepeň *krajčírovi* ušiť. Haec tamen construendi ratio tantum tunc habet locum, si persona, cui quidpiam fieri curatur, reflexivo *si* exprimi possit; secus ambiguitatis evitandae causae Accusativus cum praepositione *pre,* pro, ponendus est, e. gr. dám *pre chlapca* nohavice ušiť *krajčírovi.* — Huc refer et impersonales expressiones sub Genitivo ultimo loco adlatas: *chce sa mi,* volo, *nechcelo sa mi,* nolui.

3) Dativum denique regunt etiam adjectiva cum verbis adductis cohaerentia, aliaque utilitatem, similitudinem, subjectionem variasque animi erga quempiam affectiones exprimentia, uti *škodlivý, napomocný, osožný, užitočný, prajný, poslušný, poddaný, oddaný* deditus, *verný, sverený, povďačný* gratus, *podobný* similis, *rovný* aequalis, *vzácny* acceptus, *milý, milostivý* gratiosus, propitius, *potrebný* necessarius, *protivný* adversus, *príjemný* gratus, *slávny, vlastný* proprius, *rád* lubens etc. e. gr. i cigánča je *svojej materi* vzácne (prov.), cuique suum magis placet; svet je predca *smrtelným* (mortalibus) milý (Mar.), vrch slávny *rodinám* Slávy (ib.); ostane *Bohu* oddaná (ib.); zlé tovaristvo je *mladeži* škodlivé, malae societates sunt juventuti nocivae.

II. Localis locum, in quo actio perficitur aut status verbo expressus durat, designans (si adverbia *dole* et *hore* demas §. 55. II. 3) tantum cum praepositionibus adhibetur: hinc usus ejus nonnisi in §. seq. potest exponi.

§. 69. Casus cum praepositionibus.

Rectio praepositionum partim a significatu earum, partim etiam a verbo quietem aut motum indicante pendet. Regunt itaque aliquae unum, aliae duos aut plures casus.

A) Unum casum regunt, et quidem:

1) Genitivum: *bez, do, krom, kolo* v. *okolo, mimo* v. *pomimo, od, podla, vedla, u* et compositae cum *z*.

Bez, ore rudi prolatum *brez* denotat *sine,* e. g. bez práce nebývajú koláče (prov.), Dii laboribus omnia vendunt; bez brata, bez sestry, bez peňazí; *bez počtu* respondet latino *innumeri:* bolo pánov pez počtu, innumeri domini fuerunt; *bez toho* = german. *ohnehin:* poď s nami, bez toho nemáš doma roboty. In arithmetica *bez* = lat. *minus,* e. g. zlatý bez groša, florenus minus grosso.

Do = *ad, in,* e. g. idem do domu, do zahrady, do Viedne. Indicat porro statum, in quem objectum quodpiam reponitur, e. gr. vstúpim do manželstva, do úradu. Respondet etiam latino *usque* et *per,* e. g. od Prešporku do Viedne je päť míl, od rána do večera, do skončenia sveta, usque ad finem mundi; *do času* interim, *do tých čias* hodiedum (pag. 56. nro 7); dvarazy do týžňa, do roka, bis per septimanam, annum. Čo teba *do toho,* quid tua interest? Čižmy *do blata,* klobúk *do dážďa,* calcei pro luto, pileus pro pluvia.

Krom praeter, e. g. pes krom duše, canis praeter animam (vel si animam demas); nikoho nemám krom Boha; okrem týchto reťazí, exceptis vinculis his (Act. 26, 29).

Kolo = *circa,* e. gr. kolo stola, okolo domu, okolo večera, circa vesperam; okolo troch hodín circa tertiam horam.

Mimo praeter, juxta, penes, e. g. mimo nádeje, mimo obyčaje, praeter spem, morem; mimo mesta, mimo obce, penes vel juxta urbem, communitatem.

Od denotat *a* vel *ab,* e. g. od dediny, list od brata, pítam od otca, od školy; od nepriateľa prevýšený, ab hoste superatus; od priateľov zanechaný. Causa status aut actionis etiam ope *od* exprimitur, e. g. od velkéj ľúbosti, *a* vel *prae* nimio amore; porazilo v. pošinulo ho od žalosti, od radosti, od hnevu, apoplexia est tactus prae moerore, gaudio, ira; od žiaľa nemôže prosiť. Kľúč od dverí, od brány, od izby, germ. Thür-, Thor-, Zimmer-Schlüssel. Adhibetur porro in comparatione duorum objectorum, e. g. od ľeva hrozňejší, od ukrutnéj tygrice horší (Hol.), leone terribilior, saeva tygride pejor; Rastislav nebol menší od Mojmira (D. Pokl.); starší odo mňa. Bohemi in hoc casu puro Genitivo vel Nominativo cum praefixo *než* utuntur, e. g. není služebník větší *pána svého* v. *než*

pán jeho, quam dominus ejus. Od slova do slova, de verbo ad verbum; od roka do roka. *Nejsom od toho,* non sum contrarius.

Podla, secundum, e. g. podla zákona, podla obyčaje; podla zásluh; *vedla,* penes, juxta: vedla mňa stojí, vedla domu leží.

U, apud, ad: u pána, u súseda, u teba, u nás, apud dominum, vicinum, te, nos; u nóh, ad pedes.

Omnes compositae cum *z,* e. g. *znad* v. *zponad* dverí, e superiori parte januae; *zpomedzi* ľudí, e gremio vel medio hominum; *zpod* v. *zpopod* domu, ex inferiori parte domus; *zpopri* kostola, e vicinia templi; zpoza postele e transenna parte lecti: *zpred* v. *zpopred* brány, ex anteriori parte portae.

Eundem casum regunt et adverbia praepositionum instar usitata: *blízko* zahrady, prope hortum; *konča,* čech. *konec* ulice, in fine plateae; *kraj* v. *pokraj* potoka, in řipa fluvii v. penes fluvium; *strany* v. *straniva,* čech. *zstrany* dedictva, haereditatis causâ vel propter haereditatem; *uposred* nebezpečí, in medio periculorum; *vyše* v. *povyše* hostinca, ultra v. supra diversorium; *niže* v. *poniže* krčmy, infra popinam; *mesto* pána, loco domini vel pro domino. Čechica: *vně* církve, extra ecclesiam; *dříve* času, ante tempus; *blíž* mostu, prope pontem.

2) Dativum: *k, proti, naproti, oproti.*

K, ku, ke = ad, versus, erga, e. gr. k nám, ad nos; k súsedovi, ad vicinum; ku bratovi; k východu, orientem *versus;* láska k bližnému, k rodičom, amor *erga* proximum, *erga* Deum. *Kvoli* est adverbium respondens germ. *zum Gefallen.*

Proti, contra: proti v. naproti nepriateľom, pánom; proti západu, occasum *versus;* láska proti bližnému, *erga proximum.* In sensu comparativo: ty si *proti mne* žebrák, du bist ein Bettler *gegen mich;* nič není *próti tomu,* nil est prae hac re. *Oproti* nám býva, *e regione* nostri habitat; oproti väži, e regione turris.

Eundem casum regunt adverbia: *kvoli, vústrety* v. *naprotivia,* čech. *vstříc* obviam, e. gr. urob to *matke* kvoli, mache das der Mutter zum Gefallen; idem *otcovi* naprotivia, vústrety, čech. jdu vstříc *otci.*

3) Accusativum: *) *pre,* čech. *pro, prez* v. *cez, skrze* et če-

*) Accusativi quacunque demum praepositione recti vicibus in sing. entium animatorum et in plurali personalium masc. gen. Genitivum defungi, e tractatu de Gen. (§. 67. D. 2) sequitur.

chicae: *mimo* ac *ob*, e. gr. mimo náději; ob den, ob noc, einen Tag um den andern, eine Nacht um die andere.

Pre, pro: prečo quare? preto ideo; pre pánov, pre ženu; denotat et *propter*, *prae:* pre žalosť, pre radosť, pre opilstvo, pre nemoc; propter tristitiam, gaudium, ebrietatem, infirmitatem v. prae tristia, gaudio, ebrietate, infirmitate.

Pres = *trans*, *per:* prez potok, prez most, trans fluvium, pontem; prez deň, per diem; prez noc, per noctem.

Skrze = *per* quam saepissime loco Instrumentalis *medii* (minus tamen bene) usitatur, e. g. Kristus nás skrze smrť svoju (pro *smrťou svojou)* vykúpil, morte sua redemit; *skrze poštu* (rectius: *poštou* v. *po pošte)* ti pošlem list, medio postae tibi mittam epistolam; skrze nedbanlivosť, per incuriam etc.

4) Localem tantum regit *pri* et *popri:* pri ceste, *secus* viam; pri nohách jeho, *ad* pedes ejus; pri *peci*, juxta fornacem; pri koňoch, *penes* equos; popri stodole, penes horreum.

5) Instrumentalem: *s* = cum, e. g. s Bohom, so sestrou, so ženou, s listom, so slamou etc.

B) Duos casus et quidem: I. Accusativum et Localem regunt: *o*, *v*, *po* et *na*.

O 1) cum Acc. constructum varium fundit sensum, e. g. hodiť o zem, *ad* terram projicere; o skalu zavadiť, impingere *in* saxum; staviť sa o zlatý, prosiť o niečo, petere quidpiam; starať sa, dbať o deti, curam gerere prolium; nestojí o seba, negligit se; o život, o zdravia, o rozum prijsť, vita, sanitate, mente privari; poslali o zvestov (Hol.), miserunt pro nunciis; červíček o slabý vlások priviazaný (D. Pokl.), vermis tenui alligatus capillo. De tempore: o hodinu, o rok sa vráťim, *post* horam, annum, revertar. In comparatione: o vlas, o hlavu, o prst vetší, capillo, capite, digito major; o míľu dálej, milliari remotius; o mesiac neskoršej, menše tardius. 2) Cum Locali respondet latino *de* et Ablativo temporis: o kom je reč, de quo est sermo? o Bohu, o kniežatách, o svatom Jánovi, de s. Joanne; o kteréj hodine dojdeš, qua hora venies? o tretej po poludní, tertia pomeridiana; o Jáne, o Michale, die s. Joannis, Michaelis (cfr pag. 54. 4). Describendis objectis etiam servit: voz o dvoch kolesách, currus duarum rotarum; krava o troch okách a o piatich nohách. O hlade a smade robiť, esuriendo et sitiendo laborare.

V 1) cum Acc. respondet latino *in* cum Acc. e. g. v krev sa mesác premení (Hol.), luna in sanguinem convertetur; veriť v Boha; v odpor sa postaviť, opponere se; v nivoč obrátiť, in nihilum redigere; Ablativo temporis: v pondelok, vo štvrtok, die Lunae, Jovis; vo sviatok, die festo; hinc adverbium: *včas* mature. — V ruku, v nohu, v hlavu udreť, percutere manum etc. hrať sa v karty, foliis ludere. 2) Localem regit ad quaestionem: *ubi?* e. g. v meste, v chráme, vo viere, vo vode. De tempore adhibita aequivalet latino *intra,* e. g. v roku, v týžni, v mesiaci.

Po 1) cum Acc. designat *pro, usque*, de tempore *per,* e. g. po víno, po chlieb, po mäso, pro vino, pane, carne; po kolena, po bradu, po uši, usque ad genua, barbam, aures; po všecky veky vekov, *per* omnia saecula saeculorum; po dve noci, per duas noctes. 2) Cum Loc. denotat: a) *per,* e. gr. po svete, po ulici, po zahrade, per orbem, plateam, hortum; po pošte, per postam; po celéj krajine, per integrum regnum; po schodoch, per gradus; po rebríku, per scalam; b) de tempore *post:* po poludní, po obede, po večeri, po kázni, post meridiem, prandium, coenam, concionem; po troch dňoch, post tres dies; pozajtrí, post cras; c) *ex:* po reči, po hlase, po tvári poznať, e sermone, sono, facie dignoscere; d) in sensu distributivo: po jednom, singillatim; po dvoch bini; po troch, terni etc. Huc refer et phrases: chodiť po žebraní, po kolede, po domoch, mendicando, cum coleda, domatim circumire; po šesť (zlatých) od sta, zu sechs Procent; de pretio: po čom, quanti? po zlatom, floreno; po dvaciatniku, po grajciari. Modus, quo quidpiam fit, designatur etiam ope *po;* hinc adverbia: potme, in tenebris; povoli, paulatim; queis adde čechica: po česku, po německu, po slovensku etc. slovenice detorto suffixo Localis *u* in *y:* po česky, po nemecky, po slovensky vedeť, hovoriť, pítať etc. čechice, slovenice, germanice, scire, loqui, scribere.

Na 1) Localem, ad quaestionem: *ubi?* e. gr. na strome, na brehu, na vojne, in arbore, littore, bello; na koni, na osle sedeť, equo, asino insidere; hriech na Uhriech (in Hungaria) a pokuta v Polskéj (prov.); na poli, exterius; na svete, in mundo; na súdnom dni, in die judicii. 2) cum Accus. construitur: a) ad quaestionem: *quo* et *qua?* e. g. na vrch, na pec, na ohnisko, super v. in montem, fornacem, focum; na svet in mundum, na pole foras, na Nitru, na Trnavu, Nitriam, Tyrnaviam versus; b) *quomodo?* na žádcu

spósob, nullo modo; nahlas, alta voce; nasilu vzjať, vi (mit Gewalt) accipere; naschvál, data opera; na úrok dať, fenore dare; na bielo etc. zafarbiť, albo colore tingere; z nohy na nohu, pedetentim, na svoje vlastné oči videť a na uši slyšať, propriis oculis videre, auribus audire; na svoje útraty, propriis sumtibus; na príklad, exempli causa; huc refer et ethnicismum redolentem phrasim: *na živé bohy* kričať, valde clamare. Designat porro c) usum rei cujuspiam, e. g. šaty na robotný deň, vestes usus quotidiani, germ. Alltagskleider; plátno na košele; sukno na nohavice, na kepeň, pannus pro caligis, pallio; dať na pivo, víno, pro cerevisia, vino dare. d) De *tempore:* na rok prijdem, ad annum veniam; štvrť na treťú, quadrans ad tertiam; na Štefana, na Jakuba, na božie telo, festo s. Stephani, Jacobi, corporis Christi; zo dňa na deň, quotidie; na večné veky, in aeternum; od dneska na týždeň, hodie ad octo etc. In jurejurando et contestando etiam auditur: zaklínam ťa na Boha živého, adjuro te per Deum vivum; na moj' (pro *moju)* dušu, per meam animam; na moj' *(moju)* pravdu, profecto. Bohatý na statok, na zlato, na sriebro, dives pecoris, auri, argenti; slabý na oči, debilium oculorum; na jedno oko slepý, ad unum oculum coecus. Adde phrases: na um prijsť, recordari; na vnivoč, na skázu vyjsť, ad nihilum redigi; et adverbia: napokon, naposledy, nazbyt superflue, napriek, najme nominatim (pag. 66. 1) etc.

II. Accusativum ad quaestionem: *quo?* et Instrumentalem ad quaestionem: *ubi?* regunt: *medzi, nad, pod* et *pred.*

Medzi 1) cum Acc. respondet germanico *zwischen* cum Accusativo, hung. *közé,* e. gr. padnul medzi kone, er fiel zwischen die Pferde; medzi dva ohne som sa dostal, ich gerieth zwischen zwei Feuer. 2) Cum Instr. constructum = germ. *zwischen* cum Dativo, hung. *között,* e. gr. medzi mnou a tebou není rozdielu, zwischen mir und dir ist kein Unterschied; medzi ľuďmi, zwischen den Leuten.

Nad 1) cum Accusativo, e. gr. polož nado dvere, nad okno, nad obraz, pone super portam, fenestram, imaginem; nad mieru, supra modum: udatný *nad míru* bojovník (Hol.). In comparatione: nad slnce jasnejší, sole splendidior; nad sneh belší, nive candidior; ľúbosť má zraky bystrejšie *nad zrak* sokola (Mar.). 2) Cum Instr. positum aequivalet germanico *über* cum Dativo, hung. *fölött,* e. g. nad vodou, nad nami, nado dvermi, über dem Wasser, über uns, über der Thür. Quaepiam verba objectum cum praepositione *nad*

postulant, uti *smilovať sa:* smiluj sa nad nami, miserere nostri; *zvíťaziť* nad nepriateľom, triumphare de hoste etc.

Pod 1) cum Accusativo, e. gr. pod posteľ, pod strechu, pod kladivo, sub lectum, tectum, malleum. De tempore adhibitum respondet latino *circa:* príď k nám *pod večer,* circa vesperam (N. Zp.); hinc adverbium: *počas* (pro *pod čas,* uti apud Polonos), germ. *während,* lat. *durante* v. *tempore,* e. g. počas vojny maďarskéj, tempore belli hungarici. 2) Cum Instrumentali: pod slncom, pod nebom, sub sole, coelo: pod výminkou, sub conditione; pod pokutou smrti, sub poena mortis; svedčiť pod prísahou, testari interposito juramento.

Pred 1) cum Acc. stans respondet germ. *vor* cum Accusativo, hung. *elé,* e. g. pred mesto, vor die Stadt; pred súd volať, in jus vocare vel citare; pred seba vzjať, intendere, hinc predsavzatia, čech. předsevzetí, intentio. 2) Cum Instr. positum = germ. *vor* cum Dativo, hung. *előtt,* e. gr. pred svetom, vor der Welt; pred Bohom, vor Gott, coram Deo; pred týžňom, pred mesiacom, pred rokom.

Eosdem casus regunt et rarioris usus compositae: *pomedzi, ponad, popod, popred.*

III. Genitivum et Accusativum regit *z* = *e* v. *ex* et *de,* čech. *z* = *e* v. *ex, s* vero = *de.* Et quidem: 1) Genitivum ad quaestionem: *unde?* e. g. z krajiny, e regno; z hory e sylva; z neba, de coelo, z vrchu, de monte, čech. s neba, s vrchu; list z Viedne od kráľa; osoh mať zo statku, z oviec, z koní, lucrum percipere e pecore, ovibus, equis; smiať sa z koho, eridere quempiam; *sensu partitivo:* jeden z nich bol hlupý (cfer *Notas* ad §. 67.), unus eorum fuit stultus. Kríž z dreva, lignea crux; šaty z hodbábu, sericeae vestes; pečať zo sriebra, argenteum sigillum. De spatio et tempore: zďaleka, zblízka, zpredku, zrovna, zdola, zhora; znova, zrazu, zpočátku ab initio, zkonca a fine (cfer §. 56. II. 1). 2) Cum Acc. constructum respondet latino *circiter,* germ. *ungefähr,* e. gr. z holbu vína som vypil, unam circiter mediam vini ebibi; z osem meríc jačmeňa strovil, octo circiter metretas hordei consumsit. Bohemi in hoc casu pro *z* scribunt *s:* s holbu, s osem korců. Huc spectant loquendi modi eis solis proprii: není s to, non est par; není ho s ten úřad, non est par huic officio; s to nemůže býti, tanti haud est etc.

C) Tres casus denique regit *za:* 1) Genitivum, ad tempus designandum; hinc adverbia: zajtra, zatmy, zarána, zavidna etc. (§. 56. II. 1), za pohody, coelo sereno; za onoho času, (in) illo tempore; za časov Štefana kráľa, Ladislava, tempore Stephani regis, Ladislai. Ante nomina personarum Genitivo *časov* passim exmisso dicitur: za Štefana, za Ladislava, za Svatopluka etc. 2) Accusativum a) ad quaestionem: *quo?* e. gr. za okno, post fenestram; za stodolu, post horreum; za bránu, post portam; b) *quanti, začo?* za zlatý, floreno; za groš, grosso; c) de *tempore*, e. g. za hodinu, intra horam v. hora; raz za rok, semel intra annum; za sedem dní, intra septem dies; za chvíľu tu budem, momento hic ero. In formulis: chytiť za ruku, za nohy, za uši etc. viseť za hlavu, za rebro etc. *za* respondet german. *bei:* bei der Hand etc. nehmen; beim Kopfe hängen. Sumitur etiam in significatu *pro*, *loco:* prosiť za vnuka (pro nepote), za ženu; oko za oko, zub za zub; platiť za otca, solvere loco patris; huc refer phrases: držať za priateľa, in numero amicorum ponere; za nič mať, nihili aestimare; vzjať za ženu, in uxorem ducere; vydať sa v. isť za vdovca, viduo nubere; isť za muža v. muž (pag. 57. 2), nubere; za kráľa vyvoliť regem eligere; stydiť vel haňbiť sa za druhého, erubescere alterius etc. 3) Cum Instrum. ponitur ad quaestionem: *ubi?* e. gr. za stromom, pone arborem; chodí za ním, jako teľa za kravou, ut umbra sequitur eum; za každým krokom padnul, post v. ad singulum gressum cecidit; jedno za druhým, unum post aliud seu *alternatim;* isť za nekým, sequi; isť za nepriateľom, insequi hostem.

Nota. Za in interrogando saepe usitatum respondensque germanico *für* nullum casum regit, e. g. čo to *za* človek? was ist das für ein Mensch? čo to *za* žena? was ist das für eine Frau?

§. 70. Usus pronominum.

1) Cum Slavus, ut §. 47. docetur, personas in verbo ipso ope suffixorum personalium sat clare designet: hinc pronomina personalia, si subjecta agant, exprimere non magis amat, quam aut Graecus aut Latinus, nisi emphasis aut alia ratio id exigat. Per emphasim nonnisi expressum est e. gr. pronomen 2dae pers. Joan. 13, 6. „paňe! *ty* mi nohy umýváš?“ accuratioris distinctionis causa personarum vero 15, 6. „*já* som viničný koreň, *vy* ste ratolesti.“

2) Nosti Italorum et Gallorum pronomina personalia ex parte

duplicia: date-*mi*, donnez-*moi* et date *a me*, donnez *a moi; vi* cerco, je *vous* cherche et cerco *voi, c'est vous* que je cherche. Eodem fere modo Slavi veteres et hodierni omnes utuntur emphaticis seu longioribus formis (*mňa, teba, seba, jeho; mne, tebe, sebe, jemu*): a) initio constructionis, e. gr. *jemu* sláva na veky (Rom. 11, 36); *mňa* zemské viažu potreby (Mar.); *teba* tam zabijú. Hinc et in responsis: koho bili? *mňa, teba, jeho.* b) Cum praepositionibus, e. g. ku *mne* nikdo nechodí; za *neho* orodujem; hnevám sa na *teba*, irascor tibi. Excipe tamen Accusativum 3ae personae; hic enim et sub breviori forma praepositionibus junctus viget, e. gr. *zaň, naň, preň* etc. (§. 26. 3) pro za *neho*, na *neho*, pre *neho*. c) Ubicunque demum pronomen emphatice efferendum est, e. g. pán *mňa* potrestal, dominus *me* (nullum alium) punivit. Alias semper brevioribus et quasi encliticis: *ma, ťa, sa, ho; mi, ti, si, mu*, e. gr. daj *mi* pokoj, matka *ťa* volá, nikdo *ti* neverí, darmo *ho* nútiš (cogis), praje *mu* štestie.

3) Reflexivum *seba, sa* etc. non solum ad tertiam, sed etiam ad primam et secundam personam subjecti referunt Slavi, e. gr. ňemóžem sám od *seba* (a *me* ipso) učiniť (Joan. 5, 30); pojmiťe se *sebú* (*vobiscum.* Hol.), znivočíš aj svet aj *seba* (Mar.) destrues et orbem et *te;* možno mi *seba* (*me*) samého zhubiť (ib.). Hinc reflexiva verba: myjem *sa* lavo *me*, myješ *sa* lavas *te*, myje *sa* lavat *se*, myjeme *sa* lavamus *nos*, myjete *sa* lavatis *vos*, myjú sa lavant *se;* bijem *sa* caedo me, biješ *sa* caedis te etc. Sic et possessivum *svój* (suus) omnium trium personarum est, ubi ad idem subjectum refertur, e. g. telo *svoje*, corpus *meum* (1. Cor. 13, 3); to z ducha *svého* (pro *tvého*) dodaj (Hol.); duchom *svojim* (pro *tvojim*) vzkries tela (Mar.); so svetom *svojim* zkamenieš (ib.), cum mundo *tuo* in lapidem mutaberis; nesmieš klásť na *svoju* (pro *tvoju*) hlavu (N. Zp.). Non desunt tamen in slovenica nostra et exceptiones a regula proposita, e. gr. karhám telo *moje*, castigo corpus *meum* (1. Cor. 9, 27.); tak si ty horlila nad rabom *tvojim* (Mar.). *Svój* ad subjectum 3tiae pers. relatum respondet latino *suus; jeho* vero et foem. *jej*, plur. *jich* vel *jejich* respondent latino *ejus* et *eorum*, quae ad 3tiam pers. aliam, quae a subjecto sermonis distincta sit, referuntur, e. g. on zbaví ľud *svój* od hríchov *jejich*, ipse salvum faciet populum *suum* a peccatis *eorum* (Matt. 1, 21). Nota coeterum per transennam, Slavum et Latinum in adlato exemplo cum

collectivo subjecto singulari *ľud* praedicatum in plurali (*jejich* pro *jeho* §. 62, 5) servili imitatione graeci textus construxisse. — Pro possessivis *mój, tvój, svój* utuntur nostri Sloveni aeque ac veteres (Instt. p. 607) non raro Dativo *mi, ti, si* pronominum personalium, e. g. poviem *si* (pro *svojemu*) otcovi, dicam meo patri; poviem *ti* (pro *tvojej*, tuae) materi; ublížil *mi* (pro *mojemu*, meo) bratovi.

4) Neutrum *to*, respondens germanicis *das* et *es*, persaepe agit subjectum; quo in casu verbum quoad genus et numerum non cum eo, sed cum praedicato passim concordat, e. g. to *bola hrúza!* hoc fuit horror; to *bol strach;* to *boly dobré časy;* myslíme, že by to *haňba bola* (D. Pokl.). Adhibetur etiam adverbialiter in sensu germanici: *so*, tam de tempore, e. g. jak si už hotový, *to* poďme; quam ad transitum orationis indicandum, e. g. jestli koho milújem, *to* dojista teba nado všecko; si quem, te certe super omnia amo. Frequentissimi vero enclitici usus est in quaestionibus, e. g. čo *to* za rany a muky? (Nitra) pro: čo *sú* to etc. was sind das für Wunden und Qualen? čo *to* Vaclav v srdci varí? (ib.) pro: *čo je to, čo* Václav etc. Čo (je) *to* za človek? čo (je) *to* za potvora? jako sa *to* menuješ, quomodo nam vocaris?

5) Interrogativa, relativa et indefinita simul pronomina sunt: *kdo*, quis? et *čo*, quid? et quidem:

a) *Kdo* in Nominativo relativo sensu quam saepissime auditur, e. gr. *kdo* neskoro chodí, sám sebe škodí (prov.), pro: *ten, který* etc. latine: tarde venientibus ossa; *kdo* sa topí, i britvy sa lapí (prov.), pro: *ten, který* etc. In aliis casibus vero nonnisi ad indeterminata aut subaudita et supplenda subjecta relatum, e. g. *komu* sa nelení, tomu sa zelení (prov.), ad verbum: ei, qui non est piger, viret; nebolo sa mi pred *kým* ponosovať, pro: nebolo takého, pred *kterým* bych sa bol móhol ponosovať; deerat, cui conqueri licuisset.

b) *Čo* loco relativi pronominis in Nomin. utriusque numeri et omnium trium generum adverbialiter usitari, innumeris posset probari exemplis, quorum cape quaedam: Bože! *čo* (pro *který*) s nami k pótce chodíš (Hollý); vyberú rečníkov, *čo* (*kterí*) by išli do mesta (id.); o Dobroslave, *čo* (*kterú*) ďevinské zdvihnula hraďby (id.); neznáte rany, *čo* (*které*) uzdravujú? Sebca, *čo* (*který*) sa obetuje? (Marína). In coeteris casibus *který* usitatius est; nec est tamen insolita circumscriptio ope *čo* et competentis casus pronomi-

nis 3tiae personae, e. gr. dobrá noc! ale nie každému; len tomu dievčatku, *čo* já chodím *k nemu*, pro: *ku kterému* já chodím (N. Zpiev. p. 195); šťastný je to človek, *čo naňho* (pro: na *kterého*) pozeráš, *čo* sa s *ním* (s *kterým* sa) shováraš (ib. pag. 70); matka, *čo jej* (*kteréj*) dieťa umrelo, plače. Etiam adverbia quaedam et conjunctiones exprimuntur ope *čo*, e. gr. dnes je rok, *čo* som tam nebol, *a quo* ibi non fui; nebolo dlho, *čo* sme usnuli, *cum* obdormivimus; nežaloval sa, *čo* je chorý, *quoad* vel *quamdiu* aegrotat, non est conquestus; vól zostane volom, *čo* ho aj do Viedne poženieš (prov.), *tametsi* eum Viennam egeris; *čo* bys svetámi zutekala, *čo* bys za svety mňa zahnala, všade stanú lásky chrámy (Mar.), *tametsi* per universum diffugeris orbem, *tametsi* me extra mundum egeris. *Čoto* designat *aliquid*; čierny *čo* uheľ, pro: *jako* uheľ; *čo* viac *to* lepšej, *quo* plus *eo* melius.

c) Adverbiis diminutivis: *málo*, *zriedka*, *sotva* etc. *kdo* et *čo* enclitice potest jungi sicque sententia quadamtenus in duas resolvi, e. g. *málo koho* sme videli (quasi: málo *bolo takých*, *kterých* etc.) vix quempiam vidimus; rozdeľená sila *málo čo* móže (Hol.), divisa vis vix quidpiam potest; *zriedka koho* aut *čo* vídať, raro quispiam aut quidpiam videtur; *sotva koho* aut *čo* najdeš, vix invenies quempiam aut quidpiam.

6) In slav. lingua duplex negatio non affirmat, ut in latina et recentiori germanica, imo magis etiam negat, ut in veteri germanica: hinc particula negandi *ne* in sententia negativa verbo omnino praefigenda est, etiamsi aliae voces negationem exprimant, cujus modi sunt pronomina et adverbia cum *ni* composita: *nikdo* nemo, *nič* (bern. *ništ* §. 37) nihil, queis adde *žáden, a, o* nullus; *nikde* nullibi, *nikam* nullorsum, *nikdy* v. *nikdá* nunquam, *nikedy* nuspiam; et conjunctiones: *ani* nec, *ani* — *ani* neque, e. gr. *nikdo nezná* počeť dní svojich; *nikdá* strach, *nikdá ňeodejde* zufalstvo (Hollý), nunquam timor, nunquam abscedet desperatio; *nič* v ňom *nemáš* svatého (Mar.); ľúbosti! nemám ťa ani za dve hrsti (ib.); *ani ňevím, ani ňerozumím*, čo pravíš (Marci 14, 68). Bohemi in unico hocce casu exmittunt particulam *ne* dicentes: aniž vím, ani rozumím, co pravíš. Etiamsi plures negativarum vocum in una concurrant sententia, verbum requirit *ne*, e. gr. *nikdá ani* vody kvapku *ňedostal* (Hollý), nec guttam aquae accepit unquam; *nikdo* si *ništ*, okrem dobrého a zlého, *ňevezme* (id.); *nemám nikde nikomu nič*

povedeť. At vero *ne* in una eademque sententia repetitum affirmat, e. g. není nemožno, non est impossibile; nebol neznámy, non fuit ignotus etc. — *Nič* non raro etiam adverbialiter usitatur, e. g. *ništ* plač, *ništ* vrúcná prosba ňehnula srdcom (Hol.), fletus et ferventes preces *minime* v. *nil* moverunt cor.

Nota: 1) Particula *ne* in praeterito activo praefigitur participio praeteriti activi: *nebol* som, *nepil* som; in passivo praesenti et praeterito vero verbo auxiliari: *nejsom* v. *niesom* volaný, *nebol* som volaný; sicque et in futúro circumscripto: *nebudem* volať, *nebudem* volaný. 2) In Imperfecto Conj. *ne* semper participio praet. act. jungitur: *nebol* bych, *nepil* bych; in plusquamperfecto in slovenica participio aux. verbi, in bohemica contra jam huic jam verbo ipsi: *nebol* bych pil, čech. byl bych *nepil* vel *nebyl* bych pil. 3) Si *ne* integram neget sententiam, verbo finito praeponitur: *nemám* čo jesť, *nemóžem* chodiť; si vero negatio tantum ad infinitivum restringatur, *ne* infinitivus requirit, e. gr. prvorodičia mohli *nezomreť*, protoparentes potuerunt non mori, quod manifeste differt ab hoc: prvorodičia *nemohli* zomreť, non potuerunt mori.

§. 71. *Constructio passiva.*

Loco passivi circumscripti ope aux. verbi et participii praeteriti passivi (§. 52.) Slavi utuntur subinde: 1) verbo *reflexivo* a transitivo ope *sa* formato, e. g. *volám sa* v. *menujem sa* vocor, *píšem sa* scribor, *kryjem sa* tegor, *oslavujem sa* glorificor vel inclytus reddor etc. Cum vero hoc in casu dubium facile oriri possit, quo sensu verbum transitivum reflexivo *sa* auctum accipi debeat; *kryjú sa* enim e. g. reddi possit: teguntur, tegunt se ipsos et tegunt se invicem: suapte sequitur, passivo hoc modo circumscripto caute admodum utendum dicendumque potius esse: *kryjú ma, ťa, ho; kryjú nás, vás, jich,* tegunt me, te, illum; nos, vos, illos seu tegor, -eris -itur etc. e. g. keď som bola dievkou, *videli ma* (videbar) dievkou: teraz som nevestou, *nevidia ma* (non videor) cestou. 2) Verbo reflexivo impersonaliter posito, e. g. žádným *sa* chrámom *ňeodpúšťá* (Hol.), nullis parcitur templis; váľečné *sa* u ních dosavád *ňectívalo* bozstvo (id.), bellicum apud illos hactenus non colebatur numen; len po hodách *sa baží* (id.), tantum convivia concupiuntur. Huc refer: *vie sa* scitur, *zná sa* noscitur, *rozumie sa* intelligitur, *prosí*

sa rogatur, *slyší sa* vel *čuje sa* auditur, *je sa* editur, *pije sa* bibitur aliaque a transitivis deducta impersonalia, ab intransitivis vero: *spí sa, skáče sa, chodí sa, kľaje sa* aliaque quam plurima statum aut eventum quempiam absque determinatione subjecti exprimentia. Germani in secundo hocce casu passim adhibent pronomen *man*, quod Slovenus praeter adlatum et sequentibus supplet modis: a) impersonalibus ellipticis formulis: *možno*, čechic. *možná* (supple: *věc* = res), man kann; *treba* man muss; *potreba* man bedarf, e. gr. možno si mysleť, man kann sich denken; treba sa učiť, man muss lernen etc. b) Tertia persona plurali: *povedajú* (supple: *ľudia*), že bude vojna, *man sagt*, dass etc. najprv *mláťa*, potom *platia* (prov.), erst *drescht man*, dann *zahlt man*. c) Substantivo *človek*, e. gr. všecko, čo *človek* žitím menuje (Mar.), alles, was *man* Leben nennt; *človek* nič okolo seba nevidí len vodu (D. Pokl.), *man sieht* um sich herum nichts als Wasser; *človek* by to ani nemyslel, *man* möchte es nicht einmal denken; čo si *človek* žáda, rád uverí, was *man* wünscht, glaubt *man* gern.

§. 72. *Usus temporum.*

1) Praesens in slavica aeque ac in coeteris cunctis linguis pro praeterito historico poni posse, certum est, e. g. všeckých očistnú *obmývá* (pro *obmýval*) studňú a ďedičnéj *sprosťuje* (pro *sprosťoval*) vinny (Hol.), omnes purgante abluit fonte et ab originali liberat culpa; úzkosti plní *pristupujú* k Ježišovi a *budia* ho (Pokl.), milenci vstali, vstalým *sa javí* Cherub (Mar.). In vivida narratione etiam praesens verborum perfectivorum seu sub forma praesentis futurum sistentium, adhibetur loco praeteriti, e. gr. razom *počnú* (pro *počaly*) pušky práskať (D. Pokl.); zrazu *dobehne* (*dobehla*) novina (ib.); zrázu sa *ohlásí* (*ohlásil*) a takú *dá* (*dal*) ustami prosbu (Hol.); v tom povstal a *rekňe* (*řeknul*): či ma vidíte? svorným *odpovedá* (*odpovedeli*) mu hlasom (id.).

2) Futurum *circumscriptum*, quemadmodum jam §. 46. A. 3) attactum fuit, exprimit actionem aut statum diutius duraturum, e. g. *bliščať sa budú* jako ranná ďennica (Hol.), fulgebunt sicut matutina aurora; hrom *bude* skaly *rúcať* a kopce *prerážať* (id.); futurum *simplex* et *compositum* contra actionem aut statum momento absolvendum, e. g. padajú hviezdy, aj my *padneme;* vädnú kvety, aj my *zvädneme* (marcescemus. Mar.); *pukňe* sa peklo naráz a ohrom-

ným *zívne* tlamiskom (Hollý), rumpetur infernus uno ictu et stupendis hiscet faucibus; všecko *zetlí,* na popol sa a na prach *obrátí* (id.). — Futurum simplex et compositum supplet simul *futurum exactum* aliarum linguarum, e. gr. keď oči této *zastíni* úmor a *zastane* mi srdca buch, od slovenských sa odberem hór (Marína), si oculos istos *obumbraverit* agonia, si *desierit* cor meum palpitare, slovenicis valedicam sylvis.

Nóta. Si de eo, quod saepius evenit aut evenire solet, in genere sermo fiat, idem est subinde, sive praesenti exprimatur actio aut status sive futuro, e. g. človek žije na svete a kdekolvek sa pohne, všade je ním otočený (Štúr), homo vivit in mundo et quocunque se moveat (moverit), ubique est eo circumdatus.

3) Praeteritum verborum imperfectivorum respondet latino et graeco imperfecto, perfectivorum vero perfecto aut aoristo (§. 41. IV), e. g. ľud jako ovce *zabíjal* (mactabat), mesta *boril* (vastabat), a všecko, čo storočá *zdvihnula* (levavit) práca, za chvíľu na ništ *obrátil* (convertit. Hollý); my sme *padali* (cadebamus), pravou rukou sme vraha *rúbali* (secabamus), druhou srdca *objímali* (amplectebamur); ťahy v celosti síce *ostaly,* ale nový blesk *dostaly* (Mar.), tractus quidem integri manserunt, at novum fulgorem acceperunt. In 3a pers. sing. et pl. Sloveni semper exmittunt auxiliare *je* et *sú,* quod Bohemi numeri rhetorici gratiâ hincinde retinent. Videsis exempla paulo ante adlata. — Plusquamperfectum rarioris est in slavica, quam in latina, usus; suppletur enim quam saepissime perfecto verborum perfectivorum.

§. 73. Usus imperativi, infinitivi et participiorum.

1) Secunda pers. Imperativi non raro adhibetur loco tertiae, e. gr. zdrav *buď* i váš císar (Hollý), salveat et vester caesar; in oratione dominica: *posväť sa* meno tvoje; *prijď* kráľovstvo tvoje, *buď* vóľa tvoja; in formulis salutandi: *pochválen buď* (laudetur) Ježiš Kristus! pán Boh *pomáhaj!* pán Boh *uslyš!* p. Boh vás *požehnaj* (benedicat)! *opatruj* (provideat)! pán Boh vám *buď* na pomoci! a *daj* zdravia! etc.

2) Peculiaris Slavis usus Infinitivi est cum impersonaliter sumtis *je* est, *není* non est et *bolo* fuit, *nebolo* non fuit, quorum priora semper, posteriora nunquam subaudiuntur, e. g. kruté vždy o pól-

noci brnkoty *slýchať* (Hol.), um Mitternacht ist immer ein grimmiges Getöse *zu hören;* všade *počuť* chváliť toho, který je púvodcom života (Mar.), überall hört man den zu loben, welcher Urheber des Lebens ist; *nebolo* nikoho *vídať,* nemo poterat videri; *nebolo* mu ani *poznať,* že je opitý, nec agnosci potuit, eum esse ebrium; nič *nepočuť,* nihil auditur; dostal úrad a *nevedeť* jako, accepit munus et non scitur quomodo. Usus infinitivi sic constructi cumprimis in interrogando frequens est, e. g. čo tu *slýchať?* koho *bolo počuť?* či tu *nedostať* chleba? či *nebolo vídať* vojákov?

3) a) Ope gerundiorum, in quibus Bohemi genus quoque distinguunt, duae ejusdem subjecti sententiae in unam contrahuntur, e. gr. *vstana* půjdu k vám (pro *vstanu* a *půjdu),* surgens ibo ad vos; de foemin. et neutris: *vstanouc* půjde k vám; in plurali per omnia tria genera: *vstanouce* půjdeme k vám; *sedě* zaspal, foem. *sedíc* zaspala, neutr. *sedíc* zaspalo (pro *seděl* a zaspal etc.), sedendo obdormivit; plur. *sedíce* zaspali, zaspaly, zaspala, sedendo obdormiverunt. *Sedě* hic loci stat in praesenti gerundio, quia sessio eodem tempore (simultanee) accidisse censetur, quo obdormitio. Sic etiam: odříkal *nedívaje se* do knihy, respondit non inspiciendo librum; *nevěda,* coby činiti měl, non sciendo, quid facto opus etc. Si vero actio aut status, gerundio exprimendus, tempore prior sit altero: transgressivus praeteriti, qui hoc in casu plusquamperfecti vices obit, usitatur, e. g. *vstav* šel, foem. *vstavši* šla, neut. *vstavši* šlo k otci (pro: *když vstal* v. *byl vstal,* šel k otci; foemin. *když vstala,* šla; neutr. *když vstalo,* šlo), postquam v. cum surrexisset, ivit ad patrem; plur. *vstavše* šli, šly, šla; postquam surrexissent, iverunt. Sic etiam: *vyšed* ven Petr plakal hořce; *obrátiv* se Pán pohleděl na Petra; *uzřevši* ho jedna děvečka a pilně naň *pohleděvši* řekla; oni *javše* jej vedli ho (Matt. 22. cap.), pro: když vyšel, když se obrátil, když ho uzřela a pohleděla, když jej jali, postquam eum cepissent. — In transgressivo praes. tantum Moravis contermini Sloveni, nominatim Belohorenses, distinguunt genus et numerum, e. g. *vstana,* foem. et neutr. *vstanúc* pójdem; pl. *vstanúce* pójdeme; *seďa* zaspal, f. *seďác* zaspala, n. *seďác* zaspalo; pl. *seďáce* zaspali, zaspaly; reliqui (demtis quibusdam Bernolakianorum pluralem et cum subjectis singularibus inepte construentium, e. g. chodil po mestách *učíce* a *pokračujíce,* pro *učác, pokračujúc.* Luc. 13, 22), more Polonorum, foemininum hujus gerundii ad subjectum

sine discrimine generis et numeri seu adverbialiter referunt: *vstanúc* pójdem, *vstanúc* pójdeme. Gerundium masc. gener. in scriptis raro occurrit, e. gr. abych i já *prijda* (veniens) poklonil sa jemu (Matt. 2, 8); nikdy ťa z hostiny téjto nepustí hosť, bár tam aj zunuješ *maja* (habendo) všeckého dosť (in antiquo poemate asservato in collectione librorum sloven. D. Michaelis Rešetka). — Loco *gerundii praeter.* Bohemis solis proprii Sloveni utuntur *praesenti* aut periphrasi cum *keď*, e. g. *vyjdúce* (pro *vyjdúc*) Peter plakal, čech. *vyšed* plakal; quod et sic reddi posset: *keď vyšiel* Peter, plakal.

b) Adjectiva a gerundiis et participiis immediate deducta, ut in aliis, ita et in slav. lingua serviunt contrahendis duabus sententiis in unam, e. gr. zmiznú tóne *letiacich* osúdov (pro osúdov, *které letia)*, disparebunt umbrae *volantium* fatorum (Marína); pán včera tu *byvší* umrel (pro: pán, *který* tu včera *bol)*; pred šátrom, Vajkovi na krst *čakajúcemu, vyznačeným* bola velká krstedlnica (D. Pokl.), ante tentorium Vajco baptismum exspectanti designatum fuit magnum baptisterium, pro: pred šátrom, *který bol vyznačený* Vajkovi, *který na krst čakal.*

CAPUT II.

Syntaxis ordinis.

Slavi in disponendis orationis partibus magna omnino, imo maxima utuntur libertate. Hinc pauca admodum sunt, quae de ordine, quo partes orationis se excipere debeant aut soleant, fixae constantisque regulae instar stabiliri possint. Nota interim sequentia:

I. In affirmante et negante sententia *pura* (§. 61. III.) subjectum de regula primo, praedicatum verbale secundo, copula medio subjectum inter et praedicatum loco stat, e. g. pán rozkazuje, sluha poslúcha; matka je chorá, ty si slabý; jeleň nelieta, dieťa nespí; brat nebol volaný, to není vaše. Objectum de regula post praedicatum verbale solet stare, e. g. súsed nenávidí súseda, otec tresce syna. Inversio seu positio praedicati ante subjectum aut objecti ante praedicatum ab intentione loquentis pendet, quo in casu membrum sententiae loco suo naturali motum *tono dictionis* seu *accentu rhetorico* (§. 13. 3. *Nota)* afficiatur est necesse, e. gr. *láska* je Boh, *slepé* ste vy moje zraky (Marína); *syna* miluje otec. Inversio non habet locum, ubi dubium facile oriri posset, quid subjectum quidve

praedicatum aut objectum sit, e. g. mladosť je radosť; dievča bije dieťa, čnosť prevyšuje učenosť. — In quaestionibus membrum sententiae, de quo prae coeteris quaeritur, tono dictionis affectum primum passim occupat locum, e. gr. *Boh* (?) je láska, *je* (?) Boh láska, *láska* (?) je Boh, *otec* (?) miluje syna, *miluje* (?) otec syna, *syna* (?) miluje otec. Pronomina et adverbia interrogativa contra semper primo, praedicatum verbale aut copula secundo loco ponuntur, e. g. čo je človek? kde býva kráľ? kdo vidí nebe?

II. In compluribus linguis partes orationis determinandis essentialibus sententiae membris servientes eo, quo in mente nostra seu logice cohaerent, ordine se excipiunt seu in sententiis *affectis* (§. 61. III.) complementa postponuntur membris completis. Slavi primitivum hunc vel logicum ordinem jam invertunt jam servant.

1) Invertunt: a) in adjectivis latissimo sensu sumtis, pronominibus et numeralibus, utpote quae nominibus, ad quae spectant, de regula praefiguntur et nonnisi per exceptionem postponuntur, e. g. *dobrý* človek je *všeckéj* cti hoden; *každý* deň *nové* slnce vychodí, *celý náš* dom je plný *vzácnych* hostí, *štyroch* synov mu zabili v *ostatnej* vojne. Postpositionis exempla habes in: duch *svatý,* slovo *božie,* milosť *božia,* život *večný,* kráľovstvo *nebeské,* kráľ *židovský,* cti otca *svého* a matku *svoju* etc. Quam plurima in oratione ligata, uti: krajnu *celú* oslabil, chrámy budujte *nové* (Hollý); oblak *zlatý* na hory *svoje* hodíte (Mar.) aliaque. Complementa adjectiva praeterea a nominibus, ad quae referuntur, una aut ad summum duabus vocibus intersertis separari quoque possunt, e. gr. velká *nás* bieda potkala, magna miseria nobis accidit; mnohé *sa staly* zázraky, multa evenerunt miracula; kolkých *tam* ľudí pobili. In oratione ligata etiam pluribus, e. g. kráľovskú *zbrojstvom snážil si sa* berlu dosáhnúť, regium armis adnisus et attingere sceptrum; kráľovská *od tvéj berla uťekla* ruky (Hollý), regium sceptrum tuis effugit manibus. In adverbiis cumprimis qualitatis, quae raro postponuntur. Exempla sunt in promtu.

2) Servant ordinem logicum: a) in appositione, e. gr. Boh, stvoriteľ neba i zeme, je všemohúci; b) in Genitivo voce quapiam recto, e. g. kus *chleba,* funt *soli,* päť *pánov,* nesmrtnosť je hrob *všetkých hrobov* (Marína), já nechcem právo *pokoja* (ib.). Positio Genitivi ante vocem, qua regitur, poetis exigente metro licita, e.

gr. počúvaš tichý šepot téj rieky? tu sú *modliacej lásky* náreky (Mar.), in oratione soluta raro, sejunctio ejusdem a voce regente intersertis vocibus monosyllabis contra saepe habet locum, e. gr. mnoho *nám* škody narobil, dosť *tam* kriku bolo.

III. Auxiliare verbum: *som, si, je, sme, ste, sú* immediate subjungitur sententiam inchoanti verbo, e. gr. pracoval *som* deň i noc, chytili *sme* ptáčka. Ita et si verbum conjunctio *a* aut *i* praecedat, e. g. spal som a nedal *si* mi pokoj. Eadem regula valet de reflexivo *sa* et encliticis formis pronominum personalium: *ma, mi, ťa, ti, si, ho, mu,* e. g. nedivím *sa* vám, odnechcelo *sa* nám všetkého, zdá *sa* nám, nedám *ti* nič, nevidí *ťa* nikdo, haní *ma* každý. Si vero sententiam conjunctio (demtis *a* et *i*) aut alia quaepiam pars orationis inchoet, auxiliare primo, reflexivum *sa* secundo, adlati casus pronominum tertio ante verbum ponuntur loco, e. gr. viem, že *si ma* videl; vidím, že *sa ma* bojíš; čo *som* písal, to *som* písal; nikoho *si mu* neukázal, nič *ste si* nespomóhli; nikdy *som sa ťa* nebál. Auxiliare verbum et reflexivum *sa* a verbo, ad quod spectant, etiam remotius possunt solentque distare, e. gr. vy *ste sa* doma nikdy predtým tak nenútene *nezabavili*, jako tu; viem, že *sme sa* tu celý boží deň bez všetkého prospechu *namáhali*; človek, který *sa* ani Boha ani ľudí *nebojí*, je nebezpečný. Ante omnia vero stare debet particula Conjunctivi *by*, praemissis vocibus praeprimis conjunctionibus jungi solita (§. 59. I. 3), e. g. keby som sa ti bol sprotivil, nebol-by si mi nič urobil, si me tibi opposuissem, nil mihi fecisses; smial-by som sa, ke-by som sa ťa nebál, riderem, nisi te timerem; nikdy-by si sa mu neľúbil, nunquam illi placeres; chceli-by sme sa ti vďačnými preukázať, vellemus nos tibi gratos exhibere. — Encliticon conditionale interrogativumque *li* et particulam *by* praecedit, e. g. nebál-li-by si sa Boha? num non timeres Deum? nechcel-li-by som sa ti poddať, potrestal-by si ma, si me tibi subdere nollem, punires me. Ita et encliticon *že*, čech. *ž*, ope cujus Sloveni fortius et quasi emphatice interrogant, Bohemi praeterea relationem quoque sententiarum designant, e. g. čo-že-by ste tu robili? quid nam hic faceretis? čo-že-by som si počal? jako-že-by som sa nehneval? Bohemi vocibus cum *koli* compositis *ž*, *by*, *se* aliaque monosyllaba interserere amant ita, ut *koli* ante verbum ipsum stet, e. g. *kam-ž* se *koli* obrátil, *jak-ž* se to *koli* stalo, *kdo-ž*-by se *koli* ponížil; *co-ž*-by ste *koli*

prosili etc. pro *kamžkoli* se obrátil, quocunque demum se vertit; *jakžkoli* se to stalo, quocunque demum modo id accidit; *kdožkoli*-by se ponížil, quicunque se humiliaverit; *cožkoli*-by ste prosili, quidcunque demum petieritis.

IV. Verbum finitum de regula praecedit Infinitivum, e. g. chceme si dobrú vóľu urobiť, volumus indulgere genio; nemóžem sa tu dlho baviť, budeme sa hrať, budeš spievať. At si Infinitivus majoris sit in sententia momenti verbo finito, praeponitur, e. gr. *jesť* chceme nie piť; *robiť* treba, nie zaháľať, laborare oportet, non otiari. — Si verbum, quocum infinitivus est jungendus, etiam in infinitivo stet, infinitivus postponitur regenti, e. g. nebude sa to móct *stať*, nechce sa učiť *písať*, nemal si sa dať *oklamať*. Praepositio ejusdem ambiguitati persaepe ansam praebet.



Errata corrigenda:

Pag.	Lin.	Err.	Corrig.
2.	17. ab inf.	constraimus	construimus
3.	12. „ „	hung. kréta	hung. létra, kréta
6.	8. „ „	colligtiur	colligitur
16.	6. „ „	*formatione* et	*formatione*
16.	7. de sup.	in amoenum concursnm	inamoenum concursum
23.	8. „ „	*é,* ante quod	*é* et *y,* ante quae
23.	10. 11. ab inf.	zaj naj	zaji naji
25.	3. de sup.	möchle	möchte
37.	9. ab inf.	*tíe*	*tie*
64.	6. „ „	*hadǎ*	*hadä*
69.	1. „ „	ona	je
69.	5. „ „	něho	neho
71.	14. „ „	foem. *boží* eins	*boží* sine
79.	10. 11. de sup.	*rybia*kosť *jelení*roh etc.	*rybia* kosť *jelení* roh
79.	16. de sup.	nesící	nesoucí — nesúcí,
80.	15. ab inf.	ortis	orti
81.	2. de sup.	drahšý	drahší
84.	13. „ „	bož-*im*	bož-*ím*
91.	8. „ „	všeťko	všetko
96.	17. 18. ab inf.	aperiam	adveniam
104.	11. ab inf.	expuirere	exquirere
107.	18. „ „	vy-zývam	vy-zívam
115.	14. de sup.	it	ita
117.	18. ab inf.	*noky*	*nohy*
132.	18. de sup.	bolo	boly
139.	10. „ „	seperatim	separatim
141.	18. „ „	*neloliko*	*netoliko*
176.	7. ab inf.	In	b) In
176.	9. „ „	et	es

Errorem, cujus in Accusativo pl. pronominum personalium commissi me nimiopere poenitet, benevole lector, placido animo emenda expunctâ lineâ 4. et 5. de sup. paginae 71.